



far+

more
time

Ende

5

h1

18.

11

11

11

11

11

11

11

11

11

11

11


11

11

11

11

11



108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

110

Yoam adit ege amod
urduy a ma pum

Lauds deo Patri eternis quoniam
Poffens deu' collere quam te
in agno & hunc ter fons poffit
pofcet parat.

3 Pj

Cocel ouja de Medinaceli con
pronto al 3 de Septiembre
cog a 7 de Mayo de 1834

Habemus Quodlibet de humina

Cap. 33

TRACTATVS DE CORRECTIONE FRATERNA, OPVS SANE non vulgaris eruditionis, ex sacrorum Doctorum sententiis collectum, & omnibus Christi fidelibus per utile ac necessarium.

Authore F. Bernardino Areualense,
Minorita, prouinciae Conceptionis.

Fuit examinatum atq; approbatum
per multos viros doctos.

¶ Si peccauerit in
te frater tuus,



Corripere eum inter te
& proximam solam &c.



METHYMNÆ CAMPI
Excudebat Franciscus à Canto Typogra-
phus. ANNO. 1557

Cum Priuilegio. *fr. patricio*

Estatassado en .67. marauedis. y m.

Copy 33

El Principe.



OR QVANTO
por parte de vos el guardián, frayles & conuento
del monasterio de Sant Francisco desta villa de
Valladolid nos ha sido
hecha relaciō q fray Bernardo de Arevalo de
la dicha orden(ya defunto) hizo en lengua La-
tina vn libro intitulado de Fraterna coniectio-
ne, en que trabaño mucho, supplicando nos &c
pidiendo nos por merced que teniendo conside-
raciō a que es obra prouehosfa & de buena dos-
trina, fuessemos seruido de daros licēcia para
que por el tiempo que n̄a volūtad fuere, la per-
sona, o personas que v̄o poder vuiescen & no
otra alguna pudiese imprimir el dicho libro en
estos reynos & señorios dela corona de Castilla
ni traer lo a vender de fuera dellos, o como la
n̄a merced fuese, & porque hauiendo se visto
el dicho libro por personas doctas en Theolo-
gia, parecio que sin inconueniente se podria im-
primir, nos acatando lo suso dicho, y por os ha-
zer merced & lymosna por la presente damos
licencia para que vos el dicho guardián, frayles
& conuento, o la persona, o personas que v̄o po-
der para ello ouierē, & no otras algunas puedā
imprimir, ni vender, ni impriman, ni vendan la

PRIVILEGIO.

dicha obra en estos dichos reynos y señoríos de la corona de Castilla, ni traerla a veder de fuera dellos por tpo d' diez años primeros siguiétes, q se cuente desde el dia dela hecha desta nuestra cedula en adelante, so pena que qualquiera persona, o personas, que sin tener el dicho vuestro poder para ello, lo imprimieren, o hizieren imprimir, y lo vendieren, o hizieren vender, pierdan toda la impression que hizieren, o vendieren, y los moldes & aparejos con que lo hizieren. Y mas incurra cada uno en pena de treynta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena se reparta en esta manera la tercia parte para la persona que lo denútiare y la otra tercia parte: para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte: para la nuestra cámara. Y mandamos que cada pliego de molde del dicho libro se venda al precio que fuere tasado por los del consejo de su Majestad, & mandamos a ellos, y a los presidentes, & oydores de las sus audiencias, alcaldes, & alguaziles, de la su casa, corte, & chancillerias, & a todos los corregidores, asistentes, gouernadores, alcaldes, alguaziles, merinos, preuostes, & otras iusticias, y juezes qualesquier destos dichos reynos, que guarden & cúplan, & hagan guardar y cumplir esta nostra cedula, & contra lo en ella contenido no vaya ni pasen, ni consentan yr ni pasar en tiépo alguno, ni por alguna manera so pena de la nuestra merced y d' diez mil maravedis para la nue



P R I V I L E G I O

stra camara a cada uno que lo contratio hiziere. Fecha en Valladolid a diez y seys de Março, de mil y quinientos y cincuenta y cuatro años.

Yo el Principe.

Por mandado de su Alteza.
Juan Vazquez.



Illustri ac Reueren-
dissimo D. D. Didaco Tauera Epi-
scopo Cienensi, F. Garsias de Castillo
Minorita & conuentus del Abroio
Guardianus. Salutem & eternam
fælicitatem.

ANTA est huius tempo-
ris apud multos, etiam im-
peritos, scribèdi passim at-
q; imprimendi libros cupi-
ditas R. Præsul: vt non dubitè illā Sa-
Ecclesi. vti. lomonis sententiā, Faciēdi plures li-
bros nullus est finis, in hoc præcipue
tēpus in quod fines seculorū deueni-
rūt fuisse reiectā. Huius libertatis (ne
dicā licetiæ) causam, quænā sit, pro-
certo definire nō valeo. Verū quātū
mecū ipse cōiectare possum, duplex,
(ni fallor) assignari posset. Vna quod
tā varia sunt hominū ingenia, vt ni-
hil ferè reperiatur ab aliquo dictū
aut inuentum, quod omnibus æquè
satisfaciat. Hinc & recentiores quiq;
vete-

E P I S T O L A .

veterū sententiis aut neglectis omni-
no, aut minus reuerēter suscep̄tis: no-
ua semper noliūtur adferre. Altera
est inexhausta gloriæ famæq; aucupā-
dæ voluptas: qua multi conātur sibi
apud alios (quibus sunt forſā ignoti)
ingenii, multæq; literaturæ nomen
cōparare. Sūt præterea nonnulli qui
nisi quæſtus & lucri cauſa, eū labore
minimè aſlumerent. Cūq; excudēdi
artificium vſq; adeo peruium ac fre-
quens habeatur, vt nullū ferè sit op-
pidū quod prælocareat, nec possit ci-
tra magnū dispendiū Typographo-
rū aliquādiu vacare, nō ſecus q̄ cum
mola aquaria à molendo ceſſauerit:
nimirum opus fuerit Typographos
ne lucri iacturā faciant, in excuden-
dis quibuscunq; libris ſeſe perpetuo
occupare. Scriptores ſimiliter (vt eis
respondere poſſint) caſſos interdum
atq; mortales ſubire oportet labores
Et haec quidem diſſimulari poſſent
nisi grauiora inde pullularent incō-
moda.

E P I S T O L A .

moda. Primum: quod librorum ac
scriptorum tam immensa multitu-
do non mediocriter obest: ne illa quae
meliora sunt digna aestimatione po-
derentur, neue frequentius praemani-
ibus habeantur. Alterum est, quod
ob indifferentem doctorum, pariter
atque indoctorum in scribendo auda-
ciam: parcunt sibi viri doctissimi, ea
que scribere negligunt quae reipublicae
Christianae essent commodiora, & ho-
minum saluti apprimere necessaria.
Quam prouinciam haud dubie sposte
iphi arriperent: modo explosis in-
dignis scriptoribus, hi dumtaxat (ut par-
erat) ad hoc admitterentur. Tertiū
idque grauius malum accidit, quod cum
tam varius ac penè infinitus sit, tum
operum, tum etiam authorum in quali-
tate facultate numerus: vix est qui pos-
sit veritatē aliquā praeterquam quæstio-
nibus & opinionibus variis adubratā
obfuscataque discere, aut docere. Cum
enim tantum breuis sit vita hominis, ut in-

E P I S T O L A.

starventi subito disparētis cito euā
nescat: qui fieri pōt, vt tot à quoq̄ per
legātur libri, quò tandem veritatē qua
si è dēfissimis tenebris valeat in lucē
eruere? Enim uero intellectus homi
nis ad literarū studiū, non secus est q̄
ad escas digerendas stomachus. Quæ
si multæ variæq; fuerint, quis quæli
bet seorsum optima: multū tamē no
cent dum cumulatim hauriuntur.

¶ His aliisq; plurimis iustissimisq;
rationib⁹ (quæ q̄libet prudētis ac do
cti viri possent animū ab huiusmo
di labore reuocare) huius operis au
tor persuasus: distulit per multos an
nos ei primā ad mouere manū. Eisdē
ego post eius obitū, prohibitus sum
non mediocriter illud in lucem pro
dere. Nam quod attinet ad eruditio
nem probitatemq; ipsius authoris:
perspicuū est omnibus qui cum no
uerunt: (Fuit enim nō ignotus nec
infirma opinione vir) quām fuerit ab
omni cupiditate vanitateq; alienus,

quem-

E P I S T O L A.

quemadmodum ipse sanctioris vitæ exemplo luculenter ostendit, & mira quadam virtute spiritus (quam suarum contionum frequentia spirabat) semper docuit. Itaque si proprio arbitrio hac in re parere debuisset, nec illud quidē incipere, nedū in publicū emittere attentasset. At verò cùm pium eius animum sapientius titillasset, prædictam materiam tam esse proficuam ac vitæ necessariam, q[uod] fuerat per multos tractatores hactenus inuoluta, vbi & səpissimè cespitare, nec tamē citra periculum contingebat: maturiore habito consilio, post longū atq[ue] infatigabile studium, opus tādem ipsum exordiri decreuit. Nam quō magis prædictis incommodis ab eius inchoatione arcebatur, eò fortius propria conscientia cōmunisq[ue] charitas vrgebāt ne à tā pio ac necessario studio cessa ret. Arbitrabatur enim vir religiosus pariter & doctus, quod et si nouo

(vt)

• E P I S T O L A.

(vt quibusdā videri poterat)scribēdi
genere multorum contra se linguas
animosq; concitaret, huiuscemodi
periculū facile posse compensari, tū
vtilitate cōmuni, tū etiā perspicui-
tate veritatis tam lucidē q̄ diligēter
pertractatæ. Hanc eius laudabilem
intentionem cūm ipse satis explora-
tani habuissēm (quemadmodū & tu
probè nosti reuerendissime antistes,
quādo tecū, dum adhuc in supremo
senatu inquisitionis inter primos cō-
filiarius iudexquè habereris, familia-
rius ille rem omnē cōmunicauit, tu
verò ea qua natura præditus es ani-
mi ingenuitate, perspicaciq; iudicio
rem optimè perpēdens, eius conatū
non solū laudasti, sed ne ab incepto
desisteret, consulisti, animasti, exti-
mulasti) non potui teste conscientia
tractatū istum nō cōmittere prælo,
quem sciebam plurium doctissimo-
rum virorū calculis approbatū, vti-
lēm fore reipublicæ Christianæ , ad

id

E P I S T O L A .

id præsertim me compellente super-
riorum meorū obedientia. Est autē
scriptoribus receptissim⁹ mos: lucu-
brationes suas viris insignibus nūcu-
pare, quò & eorum titulis & fauori-
bus tutiores habeātur. Quem morē
seruare mihi volēti, inter alios mul-
tos primus ipse occurristi, quasi iure
quodam mecum expostulaturus, si
cuiquam alteri prædictum opus di-
catum comperisses.

Cui namquè obsequium hoc qua-
lecumq; verius debebatur? Nam cū
res sit ad fidem è vicino spectans, cu-
ius hominis césura potuit accurati⁹
examinari atq; limari, quam ei⁹ qui
multis annis inquisitoris officio fū-
ctus, res fidei mira quadam dexteriti-
tate tractauit? Cūmq; materia sit de
correctione fraterna, nonne iustissi-
mè tibi conuenit, quem scimus ad
mun⁹ pontificium nuper assumptū,
pastoraliq; dignitate à domino de-
coratū: necessariò debere correctio-

nem

• E P I S T O L A

nem ipsam, tum exequi tum etiam
profiteri? Accedit & peculiaris quæ
dam ratio: istius nempe animi tui er
ga institutum nostrum singularis de
uotio: erga virum etiam illum ami
citia specialis, qua semper eū es pro
sequutus. Quapropter, quod author
ipse (si superstes esset) proculdubio fe
cisset: nō hæsitaui, illo defuncto, ego
adimplere. Arbitratus sum equidē
non minus illi gratū fore te sui ope
ris habere patronum, quam illud ad
publicam vtilitatē impressioni mā
dari. Tui iā muneris atq; benevolē
tiæ fuerit Pastor vigilantissime: præ
sens munusculum benignè suscipe
re, & boni consultū, ab importunis
detractorum iniuriis, tuo no
mine, & authoritate pro
tegere. Vale episco
porū decus. Ca

lendis Fe-

brua-

riis.

Clarissimi viri F. Bernar

dini de Areualo, Theologi & Concio
natoris insignis Epitaphiū, per
Iacobum Gratianum Cæ-
sareū Secretarium.

(...)

HIC situs est Heros Frācisci gloria cōtus:
Cuiqz mori lucrū, viuere Christus erat.
Viueret ut Christo dissolui optauerat ante
Sed tenuit numen, iudiciumqz Dei.
Scilicet ut saluis, quotquot conuerterat ipse,
Postea adiret ouans Regia celsa Poli.
Tempora perpetuo traduxit tut a tenore:
Solicita viuens ambitione procul.
Quām fuerant casti, seruato pondere, mores:
Summus amor recti, cū probitate pudor.
Fidus amicitiae custos, ambitor honesti,
Iustitia cultor, pacis amator erat.
Consilio(ut potuit) multos, verbisqz leuauit:

Exiit

• EPITAPHIVM.

Exiit à factis laſio nulla ſuis.

Hunc non ambitio, fucos aīq; gloria rerum,

Sed cepit verum cum bonitate decus.

Nec fallax quem ſpes torſit, nec dira cupidio:

Sed coluit ſanctam ſanctus ubiq; Fidem.

T'ene ſacer frater mors importuna petiuit.

Qui longum ſæclum viuere dignus eras?

Numnè etiā notos terris hæc improba Diuos

Inuidet? Et nobis optima quæquè rapit?

Virtutiſ altem, Sacrasquè colentibus artes,

Debueras atra parcere ſeu a manu.

Non habuit quaꝝ quæris opes, quos quæris ho-

Contentus vixit ſortis honore ſuae. (nores:

Quid Bernardinum terris lugemus adeptū?

Non obiit cuius nomen honosquè manet.

Parte ſua eſt ipſus multo meliore ſuperſtes:

Fama viget terris, ſpiritus alta petit.

Gratia ſydereo Patri, qui talia reddit

Præmia, Et humanis aſtra das officijs.

Aliud

BERNARDINO DE ARE
VALO SODALI FRANCI
SCANO, THEOLOGO ET
CONCIONATORI CLA-
RISS. MIRA PRVDEN-
TIA PRAEDITO, CHA-
RITATIS AC PIETATIS
LAUDIBVS INSIGNI, VIR
TVTVM AMATORI, VI-
TIORVM HOSTI: OB E-
XIMIAM SANCTITA-
TEM, CAE TERASQVE
PERSPICVAS ANIMI DO-
TES OMNIBVS CHARO:
QVI, CVM MAXIME VI-
VERE DEBVISSET, A-
CERBA MORTE PR AE-
REPTVS EST, VIRO
INCOMPARABI-
LI, AMICVS
DOLENS
POSV-
IT.

Tractatus de Frater-
 NA CORRECTIONE
 OMNEM PLANE DIF-
 FICULTATEM EDISSE-
 rens, & modum corrigendi vere Eu-
 gelicum explanans. Per venerabi-
 lem P. F. Bernardinū de Are-
 ualo, Ordinis minorum,
 regularis obseruan-
 tiae, prouinciae co-
 ceptionis.



Prologus Authoris ad lectorēm.



OST tot Illustres
 theologos, qui de
 Fraterna Corre-
 ctione non minus
 subtiliter, q̄ varie
 differuerūt iuper-
 fluum fortasse vanumquè esse hunc
 A meum.

PROLOGVS

meum laborem quispiam iudicabit.
Verum si opusculum hoc qualecūq;
perlegerit, & claris oculis sentētiam
nostram perspexerit, iudiciū (vt opi
nor) mutabit: & id quod prius sibi vi
debatur improbandum, facile pro-
babit: nihil me temerarie aggressum
existimās. Quum enim inter omnes
theologicas difficultates, hanc diffi-
cillimam esse crederē, & ad salutem
maxime necessariā: à principio meo
rum studiorum ita animum institui
vt pro huius rei veritate indaganda
omnem meam operam impenderē.
Quumq; inter scholasticos Docto-
res, tot fere sentētias reperiissem quot
capita, ad vetustiores illos legendos
me conuerti: qui nimirum sacrarū
literarum sensum, & ipsi altius pe-
netrarunt, & nobis omnibus purio-
rē tradiderūt. Horum (vt aſsequi po-
tui) vestigia sequutus, quid mihi de
ea re videretur, ita simpliciter scri-
bere placuit: vt quod donante domi-

P.R.OLOGVS

no mihi laboraueram , aliis vrgente
charitate non abscōderem . Quaqui-
dē in re , si veritatem ipsam adeptus
sum , gratias Deo à quo est omnis ve-
ritas : sin autem , non est cur temeri-
tatis argui debeam : præsertim gra-
uissimos pariterq; sanctissimos do-
ctores inseguutus . Omnia tamen exa-
minanda & corrigenda summit-
to censuræ sanctæ matris ec-
clesiæ , & cuiuslibet me-
lius sentientis
iudicio .



A 2

DE FRATERNA

Quæstio pertractanda.



ST igitur quæstio diffici-
lis, quam (Deo adiuuante)
conabimur enodare. An
processus ille & ordo Euā-
gelicus, qui habetur Matth. 18. Si pec-
cauerit in te frater tuus, &c. Seruan-
dus sit in correctione frater na.

¶ Prætermisis nunc argumētis, quæ
pro vtraq; parte adduci poterant,
quæq; oportunius aliis in locis ponē-
tur, sciendum est duas esse opiniones
extremas & fere oppositas inter se,
circa hanc quæstionem. Altera est
theologorum scholasticorum, qui
communiter tuentur partem affir-
matiuam. Altera est multorum iu-
risperitorum, afferentium locum il-
lum Euāgelicum de fraterna corre-
ctione, debere intelligi de prælatis
propriè, & alios non obligare. Et sic
liberare se putant populū Christia-
num, à tam graui iugo correctionis
faciē

CORRECTIONE. 3

faciendæ. Hæc duplex opinio quantum à veritate defecerit, iudicare poterit: qui nostrum hoc opusculum perlegerit. Ideo pro decisione quæstionis, primo sententiam meam declarabo per sex breues conclusiones; quibus deinde ad maiorem explicationem veritatis, adiungam aliquot propositiones: & obiectiones aduersariorum prout occurserint dissolvemus.

PRIMA CONCLUSIO.

SIT ergo prima conclusio. Corrigere fratrem de peccato suo, est præceptum affirmatiuum, de iure Diuino & naturali, omnes obligans pro loco & tempore, sicut cætera præcepta affirmatiua.



AE Cœclusio probatur, tū authoritatib⁹, tū ratio nibus. Constat enim illud esse de lege naturæ, quod ait Christ⁹. Matth. 7.

A ; Quæ

DE FRATERNA

Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Quod quidē August. sic intelligendum dicit, Ut quæcumq; velle debemus secundum rectam rationem nobis fieri, hæc faciamus aliis. Quum autem nos peccamus, & ex consequenti circa salutem periclitamur æternā, debemus velle secundum rectam rationē per alium corrigi: agitur enim de salute animæ, quæ semper præponenda est saluti corporis. Si igitur existentes in periculo mortis corporalis, secundum rectam rationem debemus velle per alium liberari: à fortiori in periculo constituti mortis spiritualis. Hoc autem fit per correctionem fraternalm, ergo secundum rectam rationem, debemus fratrem de peccato corriger: idemq; beneficium illi impendere, quod ab illo expetere debemus in simili peccato existētes.

Cōfirmatur, quia de lege naturæ est illud. Diliges proximum tuum sicut te

CORRECTIONE

te ipsum, sed quilibet tenetur dū est
in peccato, salutem suam etiam per
alium procurare, idq; nō fit nisi per
correctionem fraternalm, eadem er-
go dilectionis obligatione tenetur i-
pse circa proximum, hoc dictante
lege naturæ. Vnde & Aristoteles lu- 9. Eti. c. 3.
mine naturæ doctus, ait. Tanto ma-
gis debet homo ferre auxilium ami-
cis ad vitanda vitia, quàm ad vitan-
da damna pecuniæ: quanto virtus af-
finior est amicis, quàm pecunia. Pa-
tet etiam de lege diuina, quia man-
dauit Deus vnicuiq; de proximo suo Eccle. 17.
(& practicatur per legem Deutero- Deute. 22.
nomii.) Non videbis bouem fratribus
tui, aut ouem errantem, & praeteri-
bis: sed reduces fratri tuo. Et infrā.
Si videris asinum fratribus tui, aut bo-
uem cecidisse in via, non despicies,
sed subleuabis cum eo. A fortiori in-
telligendum de animæ subleuatio-
ne. His etiam adiungitur authoritas 1. Thes. 5.
Pauli. Corripite inquietos, consola-

DE FRATERNA

Iohan. 3. mini pusillanimes. Et illud Ioannis.
Non diligamus verbo & lingua , sed
opere & veritate. Quomodo autem
est vera dilectio , quæ proximum in
peccato existentē releuare nō curat

Decreta.

¶ Approbat etiam prædictam cō
clusionē per multa decreta, sed pau-
ca adducā. Nam. 24. q. 3. Tam sacerdo-
tes (& est Anacleti papæ) Tam sacer-
dotes, quām cæteri fideles omnes , sū
mam debent habere curā de his qui
pereunt · quatenns eorum redargu-
tione, aut corrigantur à peccatis, aut
si incorregibiles appareant, ab ecclē
sia separentur. Et caue ne te decipiat
glosa ibi , quæ verius destruit textū,
pugnans cum illo, dum exponit fide
les, idest prælati. Causa huius erroris
fuit, quia glosator sequens opinionē
iurisperitorum, quòd præceptum il-
lud, de correctione fraterna , solum
obligat prælatos, ad suū sensum vo-
luit apertissimum textum retorque-
re, sumens occasionem ex illo, quòd
sequi

Nota.

CORRECTIONE.

sequitur. Ut si incorregibiles sunt se parentur: quia talis separatio debet fieri per prælatos. Sed hoc non est sat ad sic interpretandum, quod per se erat clarum. Nam licet separatio ad solos prælatos pertineat: correccio tamē per omnes fideles fieri potest, & per eosdem, incorregibiles de natiari prælatis, qui eos separare debent. Pugnat etiā illa glosa cum sententia Augustini, dicētis. Si neglexe De ver. do. ris corrigere, peior effectus es eo qui Ser. 16. peccauit, & loquitur indiferenter de quolibet Christiano. Nec me piget hic obiter annotare, quod Abbas Abbas. Panor. ponderans valde hanc authō ritatem Augustini, vult ex ea conculdere, quod ordo ille Euangelicus sit in præcepto. Sed male infert, quia Augustinus non dixit si hūc ordinē non seruaueris: sed si neglexeris corrigere. Est etiam ad propositum. c. non putes. 23. q. 5. Item cap. ipsa pie- Sermo. 7. tas. 23. q. 4. Item August. super Cano- nica

DE FRATERNA

nicam Ioannis. Non putas, inquit, te
amare seruum quando cum non cæ-
dis, te amare filium quando no das
disciplinam, aut tunc amare vicinū
quando non corrigis. Nō est ista cha-
ritas, sed langor: ferueat charitas ad
emendandum & corrigendum.

Ratio. I. ¶ Rationibus etiam probatur pri-
ma conclusio, quarum prima est. De
iure naturali & diuino tenemur pro-
ximo velle bonum, & dum commo-
de possumus efficaciter procurare,
sed liberare à malo habet rationem
boni, ut dicitur. s. ethi. ergo tenemur
proximum à peccato liberare eisdē
legibus, quod fit per correctionem
fraternam. Alioquin, nō grandis dif-
ferentia est, si lethum inferas, aut ad
mittas, Distin. 8.; in principio. Mor-
tem enim videtur languentibus in-
fligere, qui hanc quū possit non ex-
cludit.

Ratio. II. ¶ Item, quis ignorat spiritualem
clemosynam meliorem esse corpo-
rali

CORRECTIONE.

rali, & eo magis obligare? Sed tempore necessitatis natura ipsa admonet & præcipit facere eleemosynam inopi: ergo à fortiori in necessitate spirituali. Dicitur etiam, qui habet ^{1.Ioan.3} substantiam huius mundi, &c. Item, Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti. ²⁶ Distin. & cap. non sat. ea. Dist. Grandis culpa est si (sciente te) fidelis egeat. Quis etiā excusat medicum à transgressione legis naturalis & diuinæ, qui ægrotantem hominem curare nollet, etiam renuentem?

¶ Præterea vita humana, militia ^{Ratio.3.} quedam est hominum super terram, ^{lob. 7.} & ecclesia catholica exercitui assimilatur in scriptura sæpe, vt autem exercitus conseruetur, duplex ordo requiritur, vñus est ipsius exercitus ad suū ducem, vt illi nempe subiiciātur & obedient, Alter ipsorum militum ad se inuicē, nempe, vt sese multo iuuent. His non recte seruatis, ^{nis,}

DE FRATERNA

nis, id est, victoria non poterit obtinari. Sic etiam nisi in exercitu ecclesiæ hic duplex ordo seruetur, ut superioribus obediatur, & mutua charitas conseruetur: nec persistere exercitus poterit, nec finis optatus haberi. Sicut igitur ex primo ordine, nascitur quædam obligatio ad obediendum superioribus, iure naturali & diuino obligans: ita ex secundo ordine manat similis obligatio inter homines ad sibi inuicem opitulandum.

Roma. II. Huc pertinet, quod dicit Paulus. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem nondem eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, &c. Habentes igitur respectum ad bonum fratris, lege charitatis quæ diuina est & naturalis, tenemur quantum possumus eum à malo culpe liberare.

Ratio. 4. ¶ Nec minus etiam obligamur ad corrigendum fratrem peccatum, ex pietate

pietate quā Deo debemus, tenemur
enim si possum⁹ prohibere ne Deus
offendatur, vel si quis eū offenderit,
obuiare & impedire: ne offensa con-
tinuetur. Quum ergo quilibet mor-
taliter peccans Deū offendat, & per
nostram correctionem desistere pos-
sit: sequitur, quod ad corrigendū te-
nemur. De hoc pulchre tractat chri-
stostomus homilia. 2. ad populum an-
ti. Quisq; (inquit) proximum corri-
gat. Edificate alter alterum, &c. Nā Chrīst.
si patris carnalis honorem zelantes,
tenemur vitare iniuriam, & contu-
meliam prohibere: quanto magis in-
iuria Dei?

¶ Ex prædicta conclusione cum Corola. 1.
suis probationibus sequitur primū,
non esse faciendam differentiam de
peccato præterito aut futuro, quan-
tum attinet ad obligationem corri-
gendi, sicut distinguit glosa cap. si pec-
cauerit. 2. q. 1. dicens, Quod omnes te-
nētur corrigerē de peccato futuro,
sed

DE FRATERNA

sed de p̄t̄erito non, nisi solum prælati, eadem enim lege charitatis quatenor ad futurum corrīgēdūm, etiā ad p̄t̄eritū: eoq; magis, quo maius est ibi periculum. Et si textū Euāgelii attendimus, de p̄t̄erito videatur loqui magis, quām de futuro. Si peccauerit, inquit, frater tu⁹, id est, si peccatū iā cōmiserit. Et hoc sentit glo. ordi. Matth. 18. dicens. Ita peccat qui videns fratrem suum peccare, tacet, sicut si p̄enitenti nō indulgeret.

2. Corola.

¶ Secundo sequitur, quod non solum inferiores & æquales, sed etiam superiores, etiā Papam, si possumus, debemus corrīgere pro tempore & loco. Exemplū habemus in Paulo, qui publice reprehēdit Petrum: quū opus fuit. In quo ostendit quod Pāpæ esset resistendum si publice prædicaret hæresim manifestam: ut habetur. 40. dist. si Papa. Huius culpas redarguere præsumit mortaliū nullus, quia cunctos ipse iudicaturus à nemine

CORRECTIONE. 3

nemine est iudicandus, nisi deprehē
datur à fide deuius. Tunc enim ar-
guendus est. Sed modus habēdus est
in correptiōe subditi ad prælatū, ne
fiat præiudicium honoris & reuerē-
tiæ prælato debitæ, Actus enim vir-
tutis,debitis circumstātiis ornari de-
bet. Vnde & Paulus admonet Timo*t.* Timot. 5.
theum. Seniorē ne increpaueris, sed
honora ut patrem. Et beatus Diony-
sius redarguit Demophilum, quod
sacerdotem seniorem correxerit, ir-
reuerēter eū percutiēs, & à sacrario
eiiciēs: in quo nō solū modū excesse-
rat inferioris ad superiorē, sed mo-
dū etiā correctionis fraternæ, corri-
piens non solum verbo sed verbere,
quā correptionē soli habēt prælati
efficere. Vide etiā S. Tho. 22. q. 33. ar. 4. Thomas.
& August. in regula, dicentē. Non so-
lū vestri, sed ipsi⁹ etiā pælati miscre-
mini, q̄ inter vos quāto in loco supe-
riori, tāto in periculo maiori versa-
tur. Hæc pro prima cōcl. sufficiāt.
Augusti.

¶ Secun-

DE FRATERNA.
Secunda Conclusio.

TEXTUS ille Matth. xvij.
si peccauerit in te frater tuus, &c. In-
telligendus est ad literam de propria
iniuria in nos commissa, & non de
omni peccato indifferenter, sicut com-
muniter exponi consueuit à Doctori-
bus scholasticis.

HAEC conclusio, quia noua
merito videri quibusdam po-
terit, quum tamē sit vetustissi-
ma: veritas latius probāda erit, ut de
inceps nulla in ea maneat ambigui-
tas. Probatur ergo quatuor viis. Nā
primo ex textu ipso, & proprio eius
sensu literali. Secundo ex communi
consensu antiquorum Doctorum.
Tertio ex approbatione Sacrорū Ca-
nonum. Quarto, rationibus vrgen-
tissimis & satis efficacibus.

Probatio. i. ¶ Ex prima via arguitur primo,
quia

CO A R E C T I O N E.

quia sensus proprius & literalis in sa-
cris literis eruendus est ex ipso lite-
ræ contextu, & non ex proprio cere-
bro fingendus. Sed textus ille plane
intellectus, Si peccauerit in te frater
tuus, &c. hunc facit sensum. Si pec-
cauerit contra te, si te læserit, vel in-
iuria, aut contumelia affecerit, hoc
est, si te in aliquo damnificauerit fra-
ter tuus. &c. Ergo intelligendus est
de propria iniuria. Maior huius di-
scursus probatur ex sententia Cle- Clemens.
mentis primi in Epistola. 5. (Et habe-
tur. 37. Dist. cap. relatū) Ideo, inquit,
diligenter obseruandū est, vt lex Dei
quum legitur, non secundū propriā
ingenii sui intelligētiam legatur, vel
doceatur. Sunt enim multa verba in
scripturis diuinis, quæ possunt trahi
ad eum sensum, quem sibi vnuis quis-
q; sponte præsumit. Sed fieri non o-
portet. Non enim sensum quem ex-
trinsecus adulteretis, alienum & ex-
traneum, debetis quærere, aut quo-

B quo-

DE FRATERNA

quomodo ipsum ex scripturarū au-
thoritate confirmare, sed ex ipsis scri-
pturis sensum capere veritatis. Hæc
Leo. Ep̄a Clemens. Itē Leo ad Flauianum lo-
quens de euthicete dicit. De quo di-
ctum est à Propheta. Noluit intelli-
gere ut bene ageret. Quid autem ini-
quius quām impie sapere? Sequitur
ad propositum. Sed in hanc insipien-
tiam cadunt, qui quum ad cognoscē-
dum veritatem aliquo impediuntur
obscuro, non ad propheticas voces,
non ad Apostolicas literas, neq; ad
Euangelicas authoritates, sed ad se-
metipso recurront, & ideo magistri
erroris existunt, Hæc Leo. In dubiis
ergo, primo spectare oportet ipsam
litera contexturam, & quantum fie-
ri potest, ex ipsa verum sensum erue-
re, deinde si hoc nō sufficiat, alia scri-
ptura loca apertiora consulere. Nō
enim detorquenda est scriptura ad
nostrum sensum, sed contra, potius
sensus noster ad aptandus scripturæ.

Vnde

CORRECTIONE.

10

Vnde & beat⁹ Petrus admonet. Hoc 2. Petri. I.
primū intelligētes quōd omnis pro-
phetia scripturæ, propria interpre-
tatione non sit, &c. Vbi Beda. Hoc Beda.
primum intelligere debet, quōd nul-
li prophetarū sāctorū propria inter-
pretatione sua, populis dogmata vi-
tæ prædicat. Et infrā. Sicut ergo pro-
phetæ non sua interpretatione pro-
pria, sed Dei, verba scripturarū pro-
mebant, ita lector eorū, non sua pro-
pria interpretatione potest vti, ne à
sensu veritatis exorbitet. Sed hoc
modo debet attēdere, quomodo sua
verba voluerit intelligi ipse qui scri-
psit. Hec ille. Patet ergo maior. Sed
minor probatur. Nam illa præposi-
tio, in, significat erga, vel contra, iux-
ta varietatem verborum. Hic autem
prima significatio nō habet locum
ut patet, ergo secunda, sic quōd pec-
catum sit directè & immediatè con-
tra ipsum qui debet arguere. Talis
est enim communis usus loquendi la-

B 2 tinorū

DE FRATERNA•

tinorum, talis stilus scripturæ quæ
distinguere solet inter peccare in ho-
minem, & in Deum. Vnde in Gene-
si habetur. Quomodo ergo possum
hoc malum facere, & peccare in do-
minum meum? Et iterum. Peccavi
in dominum Deum, & in vos. Item.
Si peccauerit vir in virū, placari po-
test ei Deus, si autem in Deum pec-
cauerit vir, quis orabit pro eo? Vbi
glo. Non eo modo peccatur in virū,
quo peccatur in Deum, quia pecca-
re in virum, id est, contra proximū,
leuius est peccatum & venialius, In
Deum vero peccare, id est, à cultu e-
ius recedere, impietatis peccatū est,
quod difficilius punitur, & tardius
remittitur. Est ergo peccare in ho-
minem, aliquam iniuriam illi face-
re. Quare si quis Deus offendat corā
me, blasphemando, vel peierādo, &c.
non propterea dicitur in me, id est,
contra me peccare. Et ita sensus pro-
prius illius loci est. Si peccauerit in

te, id

Gen. 39.

Exo. 10.

1 Reg. 1.

CORRECTIONE.

"

te, id est, si tibi iniuriam fecerit, alio
quin confundimus loquendi proprie
tatem, non distinguētes inter pecca
tum in Deum, & peccatum in homi
nem.

¶ Hanc differentiam optime no
uerat Hugo de S. Victore, qui ita di- 1. Par. In epis
cit. Glosa illa prima Corin. 6. dicit. Sto. ad cor.
Grauius est in Deum peccare, quām q. 55.
in proximum. Sed nonne qui in pro
ximum peccant, Deum offendunt?
Quomodo ergo distinguitur & hoc,
& illud: Nisi quōd in Deum peccare
est per cōtemptum in his rebus quæ
ad ipsum specialiter pertinent, ut in
sacramētis, & fide, & similibus Deū
offendere: in proximum vero pecca
re est ipsum aliqua iniuria lēdere,
quod est minus peccatum quām pri
mum. Non ergo omnis qui hominē
offendit, in Deum peccare dicitur.
Hæc Hugo.

¶ Constat ergo, quōd si propri
e sit intelligēdus ille textus quantum

B ; cit

DE FRATERNA
est ex vi literæ, interpretari debet de
propria iniuria, & nō de quouis pec
cato.

Probatio 2. ¶ Secundo arguitur. Quia enim
solet circumstantia scripturarum il-
luminare sententiam, quum occur-
rerit dubium aliquod circa sensum
scripturæ, debemus attendere ad an-
tecedentia & sequentia : & inde sen-
sum, si possumus, colligere. Sed si an-
tecedentia & sequentia in proposito
attendantur, manifeste apparet illū
esse sensum huius loci, ergo. Maior
est beati Augustini qui etiā. 3. de do-
ctrina Christ. cap. 2. dicit. Vbi sunt
ambiguæ partes, vel sensus, textus ip-
se sermonis, à præcedentibus parti-
bus & subsequentibus quæ ambigu-
tatem illam in medio possuerunt, re-
stat consulendus. Et in. i. Gene. ad li-
terā cap. vii. Quum diuinos libros
legimus, in tanta multitudine vero-
rum intellectuum, qui de paucis ver-
bis eruuntur, & sanitate catholice
fidei

fidei muniuntur, id potissimum eligamus, quod certū apparuerit, eum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet, id certè quod circunstātia scripturæ non impedit, & quod cum fāna fide concordat. Hac ille.

¶ Minor autem probatur, quod talis sensus colligatur, & præfertim si sequentia attendamus. Nam in eodem contextu, postquam Christus posuit ordinem corrigendi fratrem in nos peccantem, subditur. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Quero nunc abste, quomodo exponis hæc verba Petri, si non de propria iniuria intelligas. Oportebit enim te ita interpretari. Quoties peccabit in me, id est, me sciente, aut in me, id est, corā me, aut in me, id est, me scandalizans per malum exemplum. Sicut dicit Tho. 22.q.33.ar.7 Si me læserit saltem in notitia, quia quodammodo scandalizat. Hoc qua-

DE FRATERNA.

drare non potest interrogationi Petri, Ratio, quia non est in potestate nostra remittere omnia peccata, quæ sic in nos committuntur. Non enim est arbitrii nostri remittere peccata quæ directè sunt cōtra Deum, licet coram nobis committantur, & hoc non latebat Petrum interrogantem, quare stulte quæreret sic. Rectius vero exponit Theophilact⁹ eum locū, dicens. Addit, in me si peccauerit, In Deum enim si peccauerit, non ego qui idiotes sum & priuat⁹ possum ei remittere, nisi forte Dei ordinē habens sacerdos: Si autem in me peccet ac deinde remisero ei, erit solutus, etiam si priuatus ego sim, & nō sacerdos. Hæc ille. Aliorum etiam doctrinum pleriq;, qui in cæteris viam cōmunem sequuntur, idem sentiunt, ut Nicolaus & Abulensis hic, qui asserit, quod textus iste non potest intelligi nisi de propria iniuria nobis illata. Si igitur hic locus non potest intel

ligi nisi de propria iniuria , nec prior , quum Petrus non ob aliud quæsierit de peccâte in se , quâm propter dictum Christi præcedens , si peccauerit in te , &c . Vbi Christus docet corrigere fratrem in nos peccâtem , & remittere ei si pœnitentia , etiam si septies peccauerit , ut habetur Lucæ . 17 . Licet Matthæus illud non ponat . Quæstio enim Petri orta est , ex dicto Christi pæcedente , & ideo utrobiq; idem est sensus de peccante in se fratre .

¶ Tertio probatur quidem effica ^{3. Probatio.}
tius . In sacris literis interpretandis ,
obscuriora loca , per ea quæ clariora
sunt interpretari debent , iuxta Au-
gustini sententiam , dicentis . Vbi a-
pertius aliqua ponuntur , ibi discen-
dum est , quomodo in locis obscurio-
ribus intelligâtur . Nunc igitur quâ-
uis textus iste satis erat clarus , quia
tamen aliquorum importunis glo-
fis obscuratus est , & difficilis reddi-
tus

^{3. De doctr.}
^{Christ. 16.}

DE FRATERNA

tus, ex apertioribus illustrandus est.
Videamus ergo eandem sententiam
Luc.17. apud Lucam expositā, in hoc enim
loco concordant, & vnuſ per alterū
exponi debet: iuxta communem re-
gulam. Dicit ergo Lucas. Attendite
vobis, Si peccauerit in te frater tuus,
increpa illum: & si pœnitētiam ege-
rit, dimitte illi: & si septies peccau-
erit in te, & septies in die conuersus
fuerit ad te, dicens. Peccavi, pœnitet
me: dimitte illi. Nunc vides quōd ea
dem ferè sunt verba apud Matthæū,
ut intelligas eādem esse omnino sen-
tentiam: & de eadem re loqui. Aduer-
te etiam, quōd apud Matthæū præ-
cesserat doctrina de proximis non
scandalizandis, neq; offendendis: de-
inde ponitur modus corrigendi fra-
trem offendentem: & demum inter-
rogatio Petri, Domine quoties pec-
cabit in me frater meus & dimittā
ei, vsq; septies? Et quia hæc interro-
gatio Petri, non potuit nasci nisi ex
sen-

CORRECTIONE. 14

sententia Christi apud Lucam, Si se-
pties in die peccauerit in te, & se-
pties in die conuersus fuerit ad te, di-
mitte illi: constat de eodem genere
peccati rogasse Petru, de quo loquu-
tus fuerat immediate Christus: sed
Christus loquebatur de propria in-
iuria apud Lucam, ut notu est: ergo.

¶ Amplius Glosæ vtriusq; textus,
ita interpretatur, quasi unus sit vtri-
usq; Euangelistæ cōtextus. Sic enim
habet Glosa ordinaria super Mat-
thæum, Si peccauerit, &c. Non pas-
sim iubet peccanti dimittere: sed pœ-
nitenti. Ita peccat qui videns fratre
peccare, tacet, sicut qui pœnitenti nō
indulget. Nam qui dixit si pœnitet,
dimitte: præmisit, si peccauerit, in-
crepa: ne difficilis sit venia, nec re-
missa indulgentia. Ecce quomodo
miseret glosa vtriusq; Euāgelistæ ver-
ba. Et eodem modo coniungunt ca-
nones concordantiarum, quos com-
posuerunt doctores: ad ostendendum
qui-

DE FRATERNA

quibus in locis concordent Euange-
listæ, & quibus non. Sic etiam habe-
tur in Monotheffaron, quem texue-
runt patres ex quatuor Euangelistis.
Attendite vobis. Si autem peccauer-
it in te frater tuus, vade & corripe,
increpa illum inter te & ipsum solū,
si audierit te, & pœnitentiam egerit,
dimitte illi: lucratus es fratrem tuū.
Et si septies in die peccauerit in te, &
septies in die ad te conuersus fuerit,
dicens. Peccavi, pœnitet me: dimit-
te illi. Si autem non te audierit: adhi-
be tecum vnum vel duos testes, &c.
Hæc omnia aperte demonstrant, de
cadē re omnino loqui istos duos Euā-
gelistas. Sed Lucas (vt omnes consen-
tiunt, etiam qui opinionem contra-
riam tueri volunt, inter quos est Ni-
colaus Lyranus) loquitur de propria
iniuria ergo & Matthæus. Iuuat e-
tiam non modicum sententiam no-
stram parabola illa, quæ apud eundē
Matthæum statim sequitur. Regis
vide-

videlicet, qui voluit rationem pone-
re cum seruis suis: vbi seruus nolens
dimittere conseruo suo: puniri iu-
betur. Et tandem concluditur. Sic fa-
ciet vobis pater meus: si non remise-
ritis vnuquisq; fratri suo, de cordi-
bus vestris. Quæ quidem de iniuriis
nobis illatis intelligi debere, clarissi-
mum est: quare & præcedentia nec
minus inter se coherere videntur.

¶ Confirmari etiam potest præ- Cap. 19.
dictus sensus, ex aliis scripturæ locis
idem monentibus: nempe quod pro-
ximis nos lædentibus parcere debea-
mus. Nam in Leuitico habetur. Nō In regu. bre-
oderis fratrem tuum in corde tuo: ui. interro-
sed publicè argue, ne habeas super il- gatio. 47.
lum peccatum. Hanc sententiam al-
legat Basilius, & componit cum illa
sententia Matthæi, Si peccauerit in
te, &c. Ut sit sensus. Si frater tuus te
in aliquo læserit, nequaquam seruas
odium cōtra illum: & ad hoc depel-
lendum à corde tuo, argue eum pu-
blice

DE FRATERNA.

blice, id est, manifeste: ostendendo ei causam quam habes contra eum: & non abscondas in corde tuo odium. Melius est enim ut prodas illi indignationis causam, & excludas à te odium: quam quod reserues. Ostendeo, inquam, vel ipsi iniurianti, ut cestet ab iniuria & satisfaciat, vel corā iudice, si res est publica: ut odiū evaucetur facta satisfactione: ne habeas peccatum super illum, ipsum odendo, vel ex odio alia peccata committendo, quæ plerunq; accidere solent. Facta enim satisfactione, cessat ira: ut habetur Ehti. 4. cap. de mansuetudine. Vnde hæc correctio non solū prodest fratri peccanti, verum ipsi corridenti: ex eo quod hoc modo, liberatur ab odio in fratrem, accepta satisfactione.

¶ Habetur etiam Eccle. 19. Corripe amicum, ne forte non intellexerit & dicat non feci: aut si fecerit, non iterum addat facere. Corripe proximum,

CORRECTIONE. 16

mum, ne forte non dixerit: aut si di-
xerit, ne forte iteret. Hæc quæ ante
Christi aduétum de iniuria propria
corripienda lex charitatis docebat:
postea in Euangelio suo Christus ip-
se commendat, quum dicit. Si pecca-
uerit in te, &c. Et hæc sufficiunt quo
ad primam viam.

¶ Secundo principaliter proba - 2. Via.
tur eadem conclusio, ex secunda via:
id est, communi cōsensu sanctorum
Doctorum. Pro quo supponendum
est, quòd sensus verus sacræ scriptu-
ræ, petendus est ab antiquis, & proba-
tissimis Doctoribus: præsertim ubi
aliquid affirmatur, tanquam dogma
necessario tenendum, vel præceptū
obligans.

¶ Hoc autem probatur primo te Clemens.
stimonio Clementis primi, qui Epi-
stola. 5. (vt suprà allegatum est) ita do 37. Dist. ca.
cet. Oportet ab eo intelligētiā di-
scere scripturarum, qui eam à maio
ribus secundum veritatem sibi tra-
ditā

DE FRATERNA

ditā seruauit: vt & ipse possit ea quæ
rectè suscepit, competenter afferere.
Ecce Clementis Papæ testimonium,
quo ad antiquos doctores recurrere
admonemur: vt quod ipsi senferint,
quemadmodum ab Apostolis docti
sunt, intelligamus: & teneamus.

De ver. do. Item August. Attēdite, inquit,
sermo. 18. in facta sanctorum, ne fortè nostra
videatur interpretatio, quomodo
hæc verba intellexerunt sancti: sic
vtiq; intelligenda sunt. Vnde & gra-
tianus in principio. Distin. 20. asse-
rit præponēdos esse sacros doctores,
summis Pantificibus: in expositione
scripturarum. Dicit enim. Apparet
quod diuinarum tractatores scriptu-
rarū, & si scientia pontificibus præ-
mineant, tamen quia dignitatis eo-
rum apicem non sunt adepti, in sa-
crarum scripturarum expositioni-
bus eis præponuntur: in caufis verò
definiendis: secundum post eos locū
merentur. Hoc ille. Quod an sit om-
nino

nino verum, non est mihi modo definiendum: satis est ad propositum, quod interpretatio sanctorum semper magni facienda est: nō dico unius aut alterius, sed communis omnium vel plurium consensus.

¶ Hoc etiam ex factis literis corroborare possumus. Nā vt habetur Prouer. 13. Multi cibi in noualib⁹ patrum. Vbi glo. Multi cibi spiritualis alimoniæ: in dictis & exemplis sanctorum. Est enim doctrina instar vici: quod quanto antiquius, tanto melius iudicatur.

¶ Antiqui enim patres sunt qui laborauerunt: & alii in labores eorum introierunt. Nam recentiores (vt inquit Gerson in epistola) quid aliud *Gerson.* nunc faciunt, quam eorum veterum sententias contexere: quia clarus fortasse & expolitus loquuti sunt? Et plurimi quidem non aliud egisse videntur, quam si quis, rudem, seu informem, aut scabram metalli massam,

DE FRATERNA

nouiter è minera productam: in formam splendentem, & gratiorem diverso limaturæ genere artificialiter educat. Item, Prover. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos: quos posuerunt patres tui. Glosa, Terminos fidei catholicæ: quos ab initio statuerunt doctores. Itē Iob. 24. dicitur. Alii terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. Vbi notantur & reprehenduntur hæretici, iuxta Gregorium, quia terminos fidei positos transtulerunt. Quod quidem periculum imminet his etiam, qui scripturas ex proprio cerebro, & non ex interpretatione sanctorum intelligere & docere audent. Nec ab hac sententia dissentit Socrates, apud Platonem in hypbia minore, ita loquens. Quod autem evidentius est in scitiæ argumentum, quam si quis à sapientibus viris dissentiat? Est ergo standum sanctorum patrum expositiōnibus: & nos illis cedere debemus, si-

cut

CORRECTIONE.

cut tyrones militibus veteranis: a-
pud quos non dubium est, magis vi-
guisse & ingenii vim, & vitæ sancti-
moniæ: cum maxima sacrarū litera-
rum exercitatione.

Hoc iacto fundamento, videa-
mus consequēter interpretationem
sanctorum super illum locū. Si pec-
cauerit in te frater tuus. Primum e-
nim notum est, vtramq; glosam de
propria iniuria interpretari. Nam
glo.interlinearis ita habet, id est, in-
iuria vel cōtumelia affecerit, Ordi-
naria vero, sic. Si in Deū peccauerit,
non est nostri arbitrii. Hoc ordine
scādala vitare debemus, ne quem læ-
damus, & peccāteni zelo iustitiæ cor-
ripiamus: & pœnitēti misericordiæ
viscera pandamus. Et super illud. In-
ter te & ipsum solum. glo. Non pas-
sim iubet peccanti dimittere, sed po-
nitenti: ut iam supra citauimus. Ec-
ce quomodo de propria iniuria lo-
quuntur. Aperta est etiam sententia

DE FRATERNA

Hieronymi de propria iniuria locū
illumi exponentis. Si peccauerit, in-
quit, in nos frater, & in quacūq; cau-
sa læserit: dimitendi habemus po-
testatem, immo & necessitatē: quia
præcipitur ut debitoribus nostris de-
bita dimittamus. Si autem in Deum
quis peccauerit, non est nostri arbi-
trii. Dicit enim scriptura diuina. Si
peccauerit homo in hominem, roga-
bit pro eo sacerdos: si autem in Deū
peccauerit, quis rogabit pro eo? Nos
ē cōtrario, in iniuriis Dei benigni-
sumus: in nostris contumeliis exer-
cēmus odia. Corripiendus est frater
seorsum: ne si semel pudorem ami-
serit, remaneat in peccato. Si quidē
audierit, lucrificimus animam eius:
& per alterius salutem, nobis quoq;
acquiritur sal9. Si autē audire nolue-
rit, adhibetur frater. Quod si nec il-
lumi audierit, adhibetur tertius, vel
corrigendi studio, vel conueniendi
sub testibus. Porrò si nec illos audie-
rit

rit, tunc multis dicendum est, ut de-
testationi eum habeant: & qui nō po-
tuit pudore saluari, saluetur oppro-
briis. Hæc Hieronymus, Nō minus
lucide, quām vere, de iniuria, seu cō-
tumelia propria intelligens: coniun-
gensq; cum verbis Matthæi, verba
ipsa Lucæ: vbi de venia donanda pro-
ximo clarissime agitur, & non de in-
iuria & offensa Dœi: quum illa arbi-
trii nostri non sit. Cae tamēn ne
ex hoc male inferas: quòd ergo nul-
lo modo ad nos pertineat corripere
alia delicta in Deum commissa. Iam
enim in prima conclusione indica-
uimus, corrigere proximum peccan-
tem quovis peccato mortali, esse de
lege naturæ: & quanto maius est pec-
catum, tanto obnoxius tenemur cor-
rigere. Sed quum dicit, quòd nostri
arbitrii non est remittere offensam
Dœi: discrimen vtiq; signare inten-
dit, inter peccata in solum Deū cō-
missa, & illa quibus nos lædimur:

C; Quòd

DE FRATERNA •

Quod illa dimitendo & dissimulando peccemus, præsertim si ex officio nobis incumbat correctio: ista vero non dimitendo, quum frater resipuerit, similiter daninemur. Quomodo autem in predictis verbis Hieronymi multi dicipiatur, postea docebimus: quum de communi recentiorum expositione, super prædictum textum Matthæi differemus.

Hiero.

¶ Idem ipse Hieronymus, in epistola ad Rusticum prope finem non aliter intelligit textum illum, quam de propria iniuria. Ait enim. Quid enim mihi prodest, si aliis mala mea referas: si me nesciēte, peccatis meis, immo detractionibus tuis: aliū vulneras? Et quum certatim omnibus narres, sic singulis loquaris: quasi nulli dixeris alteri? Hoc est, nō me emere dare: sed vitio tuo satisfacere. Præcepit dominus peccantem in nos, argui debere, secrete, vel adhibito teste & si audire noluerit, referri ad ecclesiām

fiam habendosq; in malo pertinaces
sicut ethnicos & publicanos. Vides
quemadmodum Hieronymus, vbiq;
de propria iniuria in nos commissa
intelligit locum illum.

¶ Cōstat etiam Chrisostomum li
teralis sensus ^{mt. 61. i 122} indagatorem eximiū,
ita intellexisse. Ait enim.

¶ Quoniam acri oratione aduer-
sus scandalizātes vsus, multis eos ar-
gumentis terruit: ne supini & desi-
des hac ratione hi fiant quibus scan-
dala inferuntur, & ne putantes totā
in alios culpam esse reiectam, ad mo-
licie vitium delabātur, & quasi cul-
tu Dei digni in arrogantiā incidāt:
perspice quomodo ip̄os etiam com-
primit atq; coercet, & inter duos so-
lummodo redargutionem fieri iu-
bet, ne scilicet testimonio multitudi-
nis, grauiore accusatione visa, dedi-
gnatus ille duriorem se ad corri-
dum pr̄beat. Ideo dico inter te & i-
psum solum, & si quidē te audierit,

DE FRATERNA.

lucratus eris fratrem tuum. Quid est si te audierit? Si persuasus videlicet abs te, peccati se cōdemnabit. Lucratus es fratrem tuum. Non dixit satis factum tibi est: quum hoc modo animaduersum esse in ipsum videatur, Sed lucratus es fratrem tuum: ut designaret communiter vtriq; iniurias esse detrimentū. Nec dixit, effecisti ut frater tu⁹ se lucraretur, sed tu fratrem tuū lucratus es, ita signifi cauit vtrūq; iacturam fecisse, alterū fratri, alterum propriæ salutis. Id ipsum & cum in monte sedebat admonebat, tum ipsum qui commisit ad eum qui fuit iniuriatus mittens, Si enim offers mun⁹ tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, &c, tū ipsum qui passus est iniuriā remittere proximo peccata iubens. Dimitte nāq; (ait) debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nunc vero alium quēdam modum induxit. Nec cum qui fecit, sed cum qui passus

CORRECTIONE "

sus iniuriam est, primo reducit. Nā quoniam qui iniuriam intulit, ad satisfaciendum est rubore ac dedecore impeditus: eum qui passus est ad illum non temerè, sed emendationis causa mittit. Non dixit, eum accusā, increpa, pœnas petito, sed argue inquit. Nā quoniā ille, partim ira, partim rubore quasi vino sopitus nō vī deat, opus est, vt tu qui rectē vales ad ægrotū proficiscaris: & priuato quodam iudicio constituto, remedium facilius inferas. Nihil aliud est argue re, quām in memoriam eius peccata reducere, & ad eum quæ passus sit exponere: quod si rectē sit: quasi pars quedam est defensionis, quæ vehemē ter ad reconciliationem impellit. Quid igitur inquis faciam, si durus & pertinax fuerit? Assume tecum, inquit, vnum aut duos testes: vt in ore duorum vel trium testium, stet omne verbum. Nam quanto ille impudentior & pertinacior fuerit: tanto

magis

DE FRATERNA

magis ad emendationem eius absq;
ira & molestia nobis studendum est.
Nam & medicus quum grauiorem
viderit morbum , non desistit , nec
molestia pressus deficit: sed ad feren
da remedia diligentius se accingit.
Quod nos quoque facere iubet. Quo
niā enim solus imbecillior visus es:
adiectione duorum fortior factus , ar
gue delinquentem.

¶ Perpende quia non eius qui la
cessitus est iniuria: verum etiam la
cessentis utilitatem querit. Nam ve
re passus iniuriā , is certè est qui pas
sione victus succumbit. Is (inquam)
est qui morbo capt⁹ laborat. Propte
rea s̄æpium sanū ad illum , modo so
lum, modo cum aliismittit. Et si per
tinacia obduratus est, etiam ecclesiā
ad hunc ægrotum adducat. Dic (in
quit) ecclesiæ . Quoniam si eius qui
patitur , commodum quereret tan
tummodo certè nō iussisset septua
gies septies pœnitenti esse remitten
dum

dum, nec toties, tamq; multos paſſionis emendatores statuiffet. Et infra. Cur autē eum qui paſſ⁹ est, & nō alios arguere & expostulare præcepit? Quoniam patiētius hunc in quē iniurias iaculatus est, cui dolorem iutulit, quem oppressit latus est. Non enim pariter æquo animo ab alio quām iniuriam paſſo, & contumeliis laceſſito expostulatus sustinebit: præfertim quum ſolus fit quādo eum arguit. Nam ſi qui pœnas ab eo petere poſſet, is de salute ipſius la borat: maxime omnium poterit pla care. Hęc Chrisostomus.

¶ Quid queso lucidius & ad propositum noſtrum accommodatius dici poſtuit? Nōne à principio vſque ad finem loquitur de propria iniuria: copulans etiam cum textu Matthei quem exponēdum ſumpferat, textum Lucę, qui de propria iniuria manifeſte loquitur? Et quod ſpecialius pugnat cum communi mo-
do in-

DE FRATERNA

do interpretandi illum textum, cō-
uincitq; non esse intelligendum de
alio peccato quàm de iniuria pro-
pria, est illud. Cur autē eum qui pa-
sus est &c. Manifeste enim docet nō
esse arguēdum nisi ab iniuriam pa-
so, eum qui iniuriam intulit. Et ra-
tionē reddit, quia nemo melius cor-
rigere potest quàm qui passus est in-
iuriam. Quum enim posset expetere
poenas, & vindictam quærere per iu-
dicem: ad pacem inuitat peccātem
corripiendo. Voluit ergo nos habe-
re curam de offensoribus nostris, vt
quibus modis possimus contendā-
mus ad eorū salutem procurandā,
ne nostro filétio illi remanerent in
suo peccato. Vnde postea subiungit
idem Chrisostomus. Quid sibi vult
in ore duorū aut trium testium sta-
bit onine verbum? Habes iam testes
(inquit) opus à te tuum est cōfectum,
vt nihil quod ad te pertineat reliqu
um esse videatur. Vide cur testes ad
hibere

CORRECTIONE. 23

hibere oporteat. Ne scilicet frater
noster iure possit de nobis queri, si
his prætermisssis, ecclesiæ denuntic-
mus, quo ille publice confundatur.
Nec ab hac sua sententia dissentire po-
tuit vñquā idem Chrisostomus, qui Chrisost.
etiam homelia.70.ad populum An-
thiochenum,sic hunc locum intelli-
git.Quomodo (inquit) inobedientes
esset castigaturus, subiungit. Si quis
in te peccauerit, vade corripe inter
te & ipsum solum, si vero non audie-
rit,assume tecum vnum vel duos, si
autem & ita contradicat, dic ecclæ-
siæ, si vero neque ecclæsiam audierit,
sit tibi sicut ethnicus & publicanus.
Sed si cōtra me peccantein, postquā
me non audierit, ita præcipit auersa-
ri: in se ipsum & in Deum peccantē,
qualiter habere debeo: vos iudicate.
Et homilia. 5. de verbis Esaiæ dicit,
Quod Christ⁹ illis verbis Matth. 18.
adhortatus est homines: ut facerent
quoties inuicem peccarent, quod fe-
cit

DE FRATERNA
cit Deus erga homines.

Hilarius.

¶ Hilarius super hunc locum sic
habet. Eum ordinem continendæ
charitatis nobis dominus imposuit,
quem ipse in conseruando populū
israel tenuerat. Iubet enim peccan-
tem fratrem ab eo solo in quem pec-
cauerat corripi, & obiurgari. Ipte e-
nim sacrificantem diis alienis popu-
lum iudaicum, maiestatis suæ aduē-
tu et toto præsentis potestatis terro-
re corripuit, tunc quum idem popu-
lus, Dei propinquantis aduentū (ex-
tra montem licet positus) ferre non
potuit, ad obedientiam. Vnum aut
duos iussit adhiberi, vt in ore duorū
testium, fides verbī ac veritatis ma-
neat, quia insolenti Israel lex & Pro-
phetæ, & Ioānes est missus. Hæc ille:
Vbi plane docet, peccātem ab eo es-
se argendum & obiurgādum: con-
tra quē peccauerat, vt dixit Chris-
tostomus. Quibus consonant & Beda
super Lucam. 17. Et Rabanus super
Matthæ,

Beda:

Rabanus:

CORRECTIONE. 24

Matthæum dicentes. Non passim iubet peccanti dimitti, sed audienti, id est, obedienti & pœnitentiam agenti: ne vel difficultis sit venia, vel remissa indulgentia. Voluit enim dominus sic nos remittere iniuriam, quod non simus negligentes salutis illorum: & sic arguamus: quod pœnitentibus remittamur. Beat⁹ Anib. etiā in Luc. Ambrosius.
 17. utriusq; euāgelistæ verba cōiūgēs aperte docet de propria iniuria utrumq; fuisse loquutum. Quām bene (inquit) post diuitem qui cruciatur in pœnis: subiecit præceptum veniae largiendæ. His utiq; qui se ab errore conuertunt: ne quē desperatio nō reuocet à culpa. Quām vero moderatus est, ut nec difficultis sit venia, nec remissa indulgentia. Ne quē vel austera per cellat inuestio, vel coniuētia inuitet ad culpam. Sic & alibi. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe inter te & ipsum solū. Plus enim proficit amica correctio,
 quam

DE FRATERNA

quam accusatio turbulentia. Illa pudorem intulit, haec indignationem mouet. Seruetur potius quo prodi metuat qui monetur. Bonum quippe est, ut amicū te magis qui corripi tur credat, q̄ iniamicū. Facilius enim cōfiliis acquiescit: q̄ iniuriæ succūbitur. vnde & apostol⁹. Corripite (inquit) ut fratre, ut erubescat: nō ut iniamicū eū existimetis. Infirmus enim custos diuturnitatis est timor, pudor autem bonus magister officii. Qui enim metuit, reprimitur: non emēdatur: quem pudet facere, in naturam vertit. Pulchre autem posuit si peccauerit in te. Nō enim est æqua conditio, in Deum, hominemq; pecare. Deniq; Apostolus qui diuini verus est interpres oraculi, hæreticū (inquit) post vnam correctionem de vita: quia non æqua perfidia ut culpa venialis. Et quoniam plerunque per imperitiam error obrepſit, corripiendum præcipit: ut aut pertinacia

cia vitetur, aut prolapsio corrigitur
Hæc magnus Ambrosius.

¶ Vbi nota, quod culpam veniale
apellat quæ facile expurgari & cor-
rigi potest, qualis nō est hæresis cum
pertinacia. Ponit ergo distinctionē
inter peccata in Deum, & in homi-
nē commissa docens de peccatis in
hominem correctionem istam intel-
ligi debere. Nec turberis quod sic Tit 3.
Ambrosius legit illud apostoli. Hæ-
reticum hominem post vnam cor-
rectionem, deuita quum tamen in
vulgata æditione nostra habeatur.
Post vnam & secundā correctionē,
deuita. Non enim solus Ambrosius
sic legit, sed & Tertullianus, Hieren-
us, & Cyprianus, quin etiam Hiero-
nymus afferit, sic habere textū Græ-
cum. De hoc autem latius infra quū
de peccato hæresis ageimus.

¶ Concordat & Theophilactus, Theophi.
qui simia Chrysostomi solet nomi-
nari. Sic enim habet super illum lo-

D cum

DE FRATERNA

cum Math, si peccauerit, &c. Sermo
nem contra offendiculum dātes val
de extenderat: nūc & eos qui offendū
tur corrigit. Ut enim tu qui offende
ris non omnino cadas, quia offendē
tem vae habiturū dixit, volo (inquit)
& te qui offenderis, arguere eos qui
te iniuria afficiunt & nocent, si fue
rint Christiani. Etenim si non bap
tizatus, iniuria affecerit: tunc ab eo
te subducas, si autem frater, argue il
lum. Non enim dixit, cōuitiare, sed
argue. Si te audierit, hoc est condem
nauerit seipsū (priuatim enim vult
primum peccantes argui, vt ne co
ram multis redargutus impudētior
fiat) Et infra. Consolatio autem fit
offenso, iniuria afficientem publica
num existimari atque gentilem, hoc
est incredulū. Nunquid autem hæc
sola iniuria faciētis pœna? Sed audi
quæ sequuntur. Amē dico vobis, &c.
Hæc ille. Ecce quām expresse locum
illum interpretatur de iniuria pro
pria

pria. Vnde cōstat, & illa quæ præmi
serat dominus de scandalizantibus
pusillos, intelligi debere de iniurian-
tibus & nocentibus eis: quemadmo-
dum Chrisostomus & alii sancti in-
telligunt.

¶ Sed veniamus iam ad beatū Au-
gustinum, quem in hunc locum di-
stuli (quum in primis esset ponēdus)
quia eius sententiam sibi patrocina-
ri existimant, qui oppositum opinā-
tur: & ideo oportebit eam prolixius
expendere. Carpunt enim sibi ali-
quot verba ex Augustino, dissimulā-
tes reliqua quæ cōtra eos aperte pug-
nant. Ut igitur veritas appareat, re-
cēsebo ex integro verba Aug. sermo.
16. de verbis domini: qui totus est de
hoc textu. Dicit igitur.

¶ Si peccauerit in te frater tu⁹, cor-
ripe eum inter te & ipsum solū. Qua-
re illū corripis, quia doles quod pec-
cauerit in te? Absit. Si amore tui facis
nihil facis. Si amore illius facis, opti-

D 2 me fa

Augusti.

DE FRATERNA•

imè facis. Deniq; in ipsis verbis attē-
de cui⁹ amore id facere debeas, vtrū
tui, an illius. Si te audierit (inquit) lu-
cratus eris fratrem tuum. Ergo prop-
ter illum fac, vt lucreris illū. Sic fa-
ciēdo, lucraris. nisi fecisles, perierat
Quid est ergo quod pleriq; homi-
nes ista peccata contēnunt, & dicūt,
quid magnum feci? In hominē pec-
caui. Noli contemnere. Et post pau-
lulum ait. Nemo ergo dicat quia nō
peccauit in Deum, sed peccauit in fra-
trem: in hominem peccauit, leue pec-
catum est, aut nullum peccatū. For-
te inde dicas leue, quia cito curatur.
Peccasti in fratrem, fac satis, & sana-
tus es. Cito fecisti mortiferam rem,
sed remedium cito inuenisti. Quis
nostrum speret regnum cœlorum
fratres mei? Quando dixit Euange-
liū. Qui dixerit fratri suo fatue, re⁹
erit gehenæ ignis. Magn⁹ terror: sed
vide ibi remedium. Si obtuleris mu-
nus tuū ad altare, et ibi recordatus
fueris,

CORRECTIONE. 27

fueris quia frater tuus habet aliquid
aduersus te, relinque ibi munus tuū
ante altare, & vade reconciliare fra-
tri tuo &c. Deinde subiungit. Hoc
debet facere qui fecit iniuriam. Qui
autē passus est quid debet? Quod au-
diuum⁹ hodie. Si peccauerit in te fra-
ter tuus, corripe illum inter te & ip-
sum solum. Si neglexeris, peior es. Il-
le iniuriam fecit, & iniuriam facien-
do graui se ipsum vulnere percus sit,
Tu vulnus fratris cōtemnis, tu vides
perire & negligis, peior es tacendo,
quām ille conuiciando. Quando er-
go in nos aliquis peccat: habeamus
magnam curam. Non pro nobis, nā
gloriosum est iniurias obliuisci. Sed
obliuiscere iniuriam tuam, nō vul-
nus fratris tui. Ergo corripe eum in-
ter te & ipsum solum, intuens corre-
&tiōni, parcens pudori. Forte enim
præ verecundia, incipit defendere
peccatum suum, & quem vis corre-
&tiorem, facis peiorem. Corripe er-

D ; go in-

DE FRATERNA⁹
go inter te & ipsum solum. Si te au-
dierit, lucratus es fratrem tuū, quia
perierat nisi faceres. Si autem te non
audierit, id est, peccatum suum qua-
si iustitiam defenderit, adhibe illi
duos vel tres: quia in ore duorum vel
trium testium stat omne verbum. Si
nec ipsoſ audierit, refer ad ecclesiā.
Si nec ecclesiā audierit, sit tibi si-
cūt ethnicus & publicanus. Noli il-
lum deputare in numerum fratribus
tuorum. Nec ideo salus eius negligē-
da est. Nā & ipsoſ ethnicos, id est, gē
tiles & paganos, in numero quidem
fratribus non deputamus, sed tamen
eorum salutem inquirimus. Hæc il-
le. Quid potuit dici clarius, ut osten-
deret textum illum debere intelligi
de propria iniuria in nos commisla?
Deinde ipſem et Augustinus mouet
difficultatem, quæ videbatur emer-
gere ex illis verbis, Corripe inter te
& ipsum solum. Quoniam Salomon
dicit. Qui arguit palam, facit pacē.

Et

Et Apostolus. Peccantem corā om- 1. Thimo. 5.
nibus argue. Quam difficultatem
dirimens, ait. Quod in delictis secre-
tis secreta debet fieri correctio. Et
sic est intelligendum dictum Chri-
sti. Si peccauerit in te frater tuus, id
est, secrētē, corripe tūc inter te & ip-
sum solum. Si autē peccauerit quis
publicē, tunc publicē arguendus est,
quemadmodum Salomon dicit, &
Paulus præcipit. Hoc autē est quod
docet Augustin. Et habetur. 2. q. 1. c.
Si peccauerit. Si peccauerit in te fra-
ter tuus, corripe eum inter te & ip-
sum solum. Quare? Quia in te pecca-
uit. Quid est in te peccauit? Tu scis,
quia peccauit. Quia enim secretū
fuit quūdō in te peccauit, secretū
quāre, quū corrigis quod peccauit
in te. Nā si solus nosti quia peccauit
in te, & eum vis coram omnibus ar-
guere, non eris corrector erroris, sed
proditor. Attende quemadmodum
iustus Ioseph, tanto flagitio quod de-

DE F R A T E R N A

vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, ante quam sciret unde illa conceperat, quam grauidam senserat, & se ad illam non accessisse nouerat. Restabat itaq; certa adulterii suspicio, & tamen quia ipse solus nouerat, ipse solus sciebat, quid dicit Euangeliū? Ioseph autē quū esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Ergo corripienda ipsa sunt coram omnibus, quæ peccātur coram omnibus, ipsa vero corripiēda sunt secretius, que peccantur secretius. Distingue tempora, & concordabit scriptura. Sic agamus, & sic agendum est, non solum quando in nos peccatur, sed etiam quādo peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciatur, in secreto debemus corrigere. Nouit enim nescio quem homicidam episcopus, & nemō aliis illum nouit. Ego nolo eum publice corripere: & tu quæris inscribere. Prorsus nec prodo, nec negligo

gligo. Corripio in secreto, pono ante oculos eius iudicium Dei, terreo cruētam conscientiam, persuadeo penitentiam, Hac autoritate prædicti esse debemus: alias charitate, in originali Augustini. Vnde aliquando homines reprehēdunt nos, quod quasi non reprehēdamus, aut putāt nos scire quod nescimus, aut putant nos tacere quod scimus. Sed forte quod scis, & ego scio, non tamen corram te corripio, quia curare volo, non accusare. Sunt homines adulteri in domibus suis in secreto peccantes, aliquādo nobis ab vxoribus suis plerumq; zelantibus, aliquando māritorum salutem quārentibus, produntur. Nos non prodimus palam, sed in secreto arguimus, ut ubi contingit malum, ibi moriatur, Non tamen vulnus illud negligimus. Ante omnia ostendentes homini in tali peccato constituto, sauciamq; gerenti conscientiam, illud vuln⁹ esse mortiferum

DE FRATERNA

Nota.

tiferum. Hactenus decretum. Prose-
quiturq; Augustinus, Peccauit ergo
in te frater. Si solus nosti, tunc vere
in te solum peccauit, nam si multis
audientib⁹ tibi fecit iniuriam, & in
illos peccauit, quos testes suæ inqui-
tatis fecit. Quando, me audiente, fra-
tri meo quisquam iniuriam facit, ab-
sit ut à me alienam iniuriam illam
putem. Hæc Augustinus. Si attente
legisti hanc expositionem Augus-
tinii, multa intelligere potuisti notatu-
digna, & proposito nostro valde con-
sona.

¶ Primum, quod non aliter quam
de propria iniuria in nos commissa
perpetuo loquitur, vnde & d̄ tali pec-
cato textum illum censuit intelligē-
dum, & non de aliis.

¶ Deinde ne ordinem illum Euā
gelicū nobis adeò difficilem redde-
ret, docet tunc esse seruandum quū
fine testibus clamq; nobis iniuria in-
fertur, ut secrete corrigatur quod se-
cretē

eretè peccatum est. Si autem coram aliis fit nobis iniuria , quoniam iam iniuria cōmunis reputanda est, quia in me & in cæteros adstantes pariter peccatum est , nam quos nec reuertur nec timet , videtur contemnere, proinde non iam secreta correctio ne opus est . Sic enim intelligit pec care in te, quasi sic in te quòd non in quempiam alium , quod contingit quando tibi clam iniuria fit.

¶ Tertiò Augustinus tunc testes censuit esse adhibendos, quādo pec cans ignorat , aut non animaduertit esse peccatum quod facit , aut forte leui9 esse peccatum existimat quum sit graue , eo videlicet fine vt cōuincatur peccasse , aut grauiter pec cassé , non vt conuincatur de actu ipso tantum , tunc enim addu cens testes magis diceretur delator criminis,quām corrector. Idem sentit glo. Matth.18. quòd testes adducē di sunt, si forte ille neget esse pecca tum

DE FRATERNA
tum quod fecit.

¶ Hinc constat glosam illam.c.Si peccauerit,2.q.i.Frustra laborare cō tendendo trahere Augustinum vel inuitum atq; renitentem ad suum sensum, videlicet quod & si aliqui sint testes delicti,nihilominus serua ri debeat ille ordo correctionis,& ex ponendo illud(Si tu scis quia pecca uit in te/idest,si pauci sciūt. Sed hæc falsa expositio processit ex ignoran tia eorum quæ in Augustino conse quenter habentur, & non ponuntur in decreto illo. Sic enim habet Au gustinus. Peccauit ergo inter frater si tolus nosti.Nam si aliis audientibus, & in illos peccauit, &c. Falso etiam quis inferret , illud de prælatis dum taxat esse interprætandū,ex eo quod Augustinus dicit de seipso,nolo pu blice arguere,&c.Ibi enim exemplū ponit in seipso , quū potuisset etiam in aliis exempliñcare , iuxta regulā generalē quam ponit , quod semper publica

publica publice, & secreta secretè
corripi debent.

¶ Deinde ipse met Augusti. tra-
ctans illud verbum, Hypocrita eiice
primum trabem de oculo tuo, hanc
materiam pulchrè absolvit, docens
quomodo, & à quo frater sit corrigē-
dus quū in aliquod peccatum fuerit
lapsus, nihil tamen de hoc processu
Euangelico meminit, aut saltem de
adhibendis testibus, quem ordinem
si intelligebat esse seruādum in quo
uis peccato corripiēdo, cur illud ta-
cuit? Nec in eo dunitaxat sed in ple-
risq; aliis locis, vbi de Correctione
fraterna citra propriam iniuriam
loquitur, si eum differentem obser-
uas, comperies neque citare neq; me
minisse illius processus Matthæ. 18.
Quare signum est manifestū, nec Au-
gustinum, nec cæteros prædictos do-
ctores intellexisse loeum illū de quo
libet peccato corripiendo: sed vt di-
ximus de propria iniuria,

¶ Vide-

DE FRATERNA

Basilius.

¶ Videamus etiam quid senserit
Diuus Basilus de hac re, qui in regu-
lis breuioribus interrogatione. 232.
sic habet interrogatio. Si quis iniu-
ria affectus ab aliquo tenendæ ani-
mi sui lenitatis causa, patientiæ q;
ea de re cum nemine loquatur, atq;
hoc modo existimet se reddere iudi-
cium Deo, nunquid hic facit secun-
dum Deum?

Responsio.

¶ Cum dominus dixerit, modo, Di-
mittite si quid habetis aduersus ali-
quem, modo vero, Si peccauerit in te
frater tuus corripe eum inter te &
ipsum solum, &c. Hic lenitatis qui-
dem animi sui fructum in eo osten-
dere debet, ut preces Deo sincero a-
nimi affectu pro eo à quo lœfus sit ad-
hibeat, verbaq; usurpet, Domine ne
statuas illi hoc peccatum, Ne vt ira-
tus fratri suo, re9 efficiatur iudicio,
admonitione vero leni, & castigatio
ne aduersus ipsum iniuriæ autorem

vti

CORRECTIONE.

32

vti, quo videlicet illum quoq; ab ira
liberet, quæ venit in filios contuma-
ciæ. Si vero in hoc negligens fuerit,
& tenendæ patiætiaæ suæ causa id di-
simulanter tulerit, dupliciter pecca-
tum incurrit. Et quod præcepto illi
nō paret. Castigatione castigabis fra-
Leuit.19.
trem tuum, & non sumes propter eū
peccatum, & taciturnitate illa pec-
cantis particeps efficitur. Et quem
castigationibus lucrari potuerat, si-
cut dominus præcepit, in malo cum
patitur perire. Hæc Basilius. Ecce
quām aperte de propria iniuria lo-
quitur adiungens aliū textum dimi-
ttite & dimittitur vobis. Similiter
illud Leuitici.19. quæ nō nisi de pro-
pria iniuria possunt intelligi.

¶ Idem præterea Basilius in regu-
la monachorum. c. 9. sibi semper cō-
stans, à superiori intellectu non di-
scedit. Dicit enim quod intrans reli-
gione debet sua distribuere, nec illa
negligere, sed curare ut dentur pau-
peribus

DE FRATERNA

peribus. Quòd si cognati repugnēt,
non cōuenit (inquit) litigare cum il-
lis, admonendi sunt tamen qui tales
sunt, seduloq; testificandum sacrile-
gii scelere scipios obſtrīngere. Idque
ut pareamus præcepto domini, qui
dixit. Si peccauerit in te frater tuus,
corripe inter te & ipsum solum, &c.
Porro de his rebus experiri apud iu-
dices extrarios, vetat idem dominus
quum dicit. Et ei qui vult tecum in
iudicium contēdere, & tunicam tuā
tollere, dimitte ei & palliū. Et Pau-
lus similiter. Sic enim est apud ipsū.
Audet aliquis vestrū habens nego-
cium aduersus alterū, iudicari apud
iniquos, & nō apud sanctos. Atq; a-
pud hos ipatos nē pe sanctos, etiā in iu-
dicium citabimus, si quando citabi-
mus, maiore habita ratione frater-
næ salutis quām utilitatis ulli⁹, quæ
ex pecunia possit proficisci. Etenim
dominus quū ante dixisset, si te au-
dierit, postea addit. Lucratus es non

pecu-

CORRECTIONE:

33

pecuniam sed fratrem tuum. Hæc ille. Nulla eget expositione tam aper- ta sententia , quo intelligamus eum de propria iniuria interpretari illū locum.

¶ Accedit & beatus Gregorius li- Gregorius.
bro quarto Registri. c.82. vbi contra Ioannem patriarcham Constatino- politanum loquitur , qui sibi nomē præsumpscerat vniuersalis Episcopi, in iniuriam apostolicæ sedis. Et nos quidem (inquit) in quos talis tantaq; per ausum nefarium culpa commit titur, seruamus quod veritas præci- pit, dicens. Si peccauerit in te frater tuus. vade & corripe eum inter te & ipsum solum, &c. Ego itaq; per re- sponsales meos semel & his verbis humiliib⁹: hoc quod in tota ecclesia peccatur, corripere studui. Nūc per me scribo. Quidquid facere humili- ter debui, non omissi. Sed quia in mea correctione despicio, restat ut ecclesiam debeam adhibere. Hec il-

E le.

DE FRATERNA

Ie Loquitur ergo Gregorius: de propria iniuria: licet ex consequenti es-
set in ipsam ecclesiam. Nec ab his sa-
cris & grauissimis autoribus, differ-
nit Isidorus clarus ordinis sancti Be-
nedicti, qui super illum locum Mat-
thæi, ita dicit. Superius tibi (inquit)
præceptum fuit, ne in fratrem pec-
ces: quod si ipse in te peccauerit, va-
de & argue inter te & ipsum. Obser-
ua vero quam ob causam. Nempe nō
vt tibi satisfaciat, quod manifeste ap-
paret, quum addit. Si te audierit
lucratus es fratrem tuum. Ad
monendus est ergo frater, non vt cū
eo expositulemus iniuriam: sed lu-
crandi illius gratia. Hæc ille.

¶ Constat ergo his testimoniis, &
aliis plurimis, quæ adduci poterant,
hanc fuisse sanctorum patrum sen-
tentiam: vt ille textus de propria in-
iuria sit interpretandus. Quod si ad
huc pertinaciter contendas, illos e-
tiam intellexisse de quolibet pecca-
to, co-

CORRECTIONE.

34

to, eo modo corripiendum esse fratre, & ad id omnes teneri præceptiue: rogo, quo modo tot viri sanctissimi, pariter & doctissimi, tot difficultates, easq; inextricabiles, ex illo sensu necessario pullulantes, nō sunt subodorati? Quòd si illas perceperunt, cur eas soluere aut saltem indicare dissimulassent? Forte theologis scholasticis, quasi acutioribus, nodos illos reliquerunt explicandos. Sed in re tanti momenti, non est locus dissimulationi.

¶ Intellexit hoc noster Abulensis Matth. 18. q. 84. vbi ait, quòd ista verba, si peccauerit in te, &c. Intellexerunt omnes sancti antiqui doctores de propria iniuria, vel de damno nobis illato: quia sic Augustinus, sic Hieronimus, sic Chrysostomus senserunt, & ibi ostendit eos perperam intelligere Augustinum, qui putant eum ita exponere. Si peccauerit in te id est, te sciente. Sed postea idem Abu

Abulensis.

DE FRATERNA•

lensis, ne à communi via theologorum videretur deuiare, retrocessit ab hac prima & vera sententia. De quo infra aduersus eum aliqua notabimus. Sed ne quis existimet, omnes recentiores theologos ab hac nostra sententia abhorrire, placet mihi post tantam nubem testiū antiquorum, etiam modernorum testimonia aliquot recensere.

Erasmus.

¶ Erasmus Roterodamus (quem licet in plerisq; minus probandum censem, in paraphrasi tamen Euan gelii merito ab omnibus commendatur, quòd sensum scripturæ dilucidauerit sanctorum sententias eleganter exprimens) locum illū. Matthæi. 18. luculenter quidem, & germane ita edifferit. Si peccauerit in te, &c. Absint à vestro contubernio offendicula, quæ pacem dirimunt fraternalm: sed adsit mutua charitas qua vicissim alii aliorum erratis amanter medeamini, si qua inciderint.

CORRECTIONE. 34

rint. Porrò medicandi modus hice
rit. Si quid admiserit in te frater tu⁹
quod sit animaduersione dignum,
ne statim profilias ad vindictam, ne
ue rursus silentio finas illum perire:
dū veluti vinolētus affectibus suis,
peccat impune. Sed primum experi-
re remedio quàm maxime blando,
quod nec pudoris quidem incōmo-
do fratrem aspergat. Adito illum so-
lus solum, & nullis arbitris, rei in-
ter vos transfigito. Si nondum agno-
scit culpam, argue illum, & ob ocu-
los pone quantum aberrauerit ab of-
ficio fraterne charitatis. Talis autē
sit admonitio, quòd declaret te ni-
hil aliud quærere, quàm illius salu-
tem, & amicitiæ pristinæ faturam.
Quia si ille tā est sanabilis, vt ad hāc
secretam admonitionem resipiscat,
non est quòd vlciscaris, aut quòd il-
lum traducas. Satis est quòd lucrari
feceris fratrē tuum. Interim & tuo
lucro consuluiſti. Periturus enim

E ; erat

DE FRATERNA

erat tibi amicus, peritura erat Deo anima. Quod si grauior est morbus, quam ut hoc leuissimo remedio sanari queat, non est prorsus abiicienda spes, neque statim ad extrema remedia veniendum. Sed si tibi non praebuerit aurem, rursus adito hominem, adhibito uno atque altero: siue ut pudori mediocri corrigatur, qui non progreditur usque ad infamiam: siue ut testimonio duorum vel trium, possit reuinci. Quod si tam est intractabilis, ut nec pudore, nec metu iudicii commoueatur reus: defer ad congregationem: ut vel multitudinis consensu, vel eorum authoritate qui multitudini praesunt: emendetur. Quod si adeo est insanabilis, ut nec secreta fraternaque correctione, nec duorum aut trium conscientia consensuque corrigatur: nec prolati criminis pudore, nec primorum authoritate corrigatur: illum suo morbo relinquito. An iiputetur a familiari confortio:

nec

nec alio loco habeatur, quām si sit ethnicus, aut publicanus. Sit inter vos hæc atrocissima poena, quæ tam non in aliud adhibetur: nisi aut, ut pudore resipiscat frater, dum se videt ab omnibus vitari: aut certe ne gregi admist⁹, alios inficiat suo contagio. Hæc ille.

¶ Et certè hanc fuisse Christi doctrinam planā & suauem, vel ratio ipsa persuadet: ut videlicet mutuam inter nos seruaremus charitatem. Quam si quando lædi contingere, statim resarcire studeremus: primo benigne per nos admonendo, ut si sic amicabiliter per nos, aut certè per amicos qui sunt iniuriæ consci⁹, aut testes, pax componi potest: non prodatur in publicum. Si vero cōtumax fuerit, præstat illum famæ iacturam incurrire: quām sic in peccato mane re. Quòd si perseveret impenitens, exiliatur ab ecclesia ne alios turbet: & tanquam ouis morbida arrebat

DE FRATERNA•

à grege , ne alios inficiat . Melius est enim solum perire : quām multos secum in perniciem trahere .

Iaco.fab.

¶ Idem omnino sentit Iacobus Faber stapulensis : qui prætermissis nouis expositionibus , sequutusq; antiquorum sententiam , præsertim Hilarii , cuius aliqua verba formaliter refert , ita habet . Si peccauerit . &c . Certè qui requisitus est à Deo , vt reuocatus collocaretur in cœlo : peccauerat in Deum . Sic eum qui peccauerit in te , require : vt reuoces ipsum ab errore : vt sis semper boni Dei imitator . Require dico , per charitatem ad faciendam Dei voluntatem , qui neq; vnum quidem perire vult : & ipsius qui requiritur salutis gratia . Ac primum quidé per te ipsum solum , manifestando illi errorem suū : & admonendo eum vt Deo satisficiat , quod est fraternæ charitatis officium . Quòd si sic non resipiscat , ad hibe maiorem diligentiam : adiuncto

CORRECTIONE. 57

Et tecum per charitatem (sola Dei
offensi & salutis fratri habitatio
ne) uno aut duobus, qui tecum ad re
uocandum eum ad vitam adiuuent:
immitudo bonitatem illam verè di
uinam, quæ & per se, & sibi adiunctis
prophetis, apostolis, & sanctis viris:
requirit eos qui ipsū offendūt. Quod
si nec dum te audiat, dic ecclesiæ, id
est, his qui in spiritualibus præsunt,
& id sola charitate, ut amore reuo
care possis fratrem ad vitam, etiam
his adhibitis testibus qui tecum per
charitatem laborant, ut saluent eū.
Quatenus tanto magis studeat eccl
esia illum inducere ad satis faciendū
Deo, id est, resipiscendum. Si primo te
audiat, id est, hortatu & admonitio
ne charitatis tuæ resipiscendo des
stat à peccato, & satisfaciat, reconcili
etur que Deo per te, lucratus est
fratrem tuum Deo. Si vero ad
hibito uno vel duobus, lucratus es
Deo eum per illos. Si tandem per præ
fides

DE FRATERNA

fides ecclesiæ: etiam es eum lucratus
Deo per ecclesiam. Quòd si hac vni-
uersali adhibita diligentia, contem-
nat vitam emendare, agnoscere cul-
pam, & Deo satisfacere: similis est il-
li qui nec Deum per se ipsum requi-
rentem , nec adiūctis sibi prophetis,
& apostolis, nec vniuerso sanctorum
suffragio, audit, sed contemnit. Et i-
deo sit tibi tanquam ethnicus, & pu-
blicanus : & prorsus alienus à tuo cō-
fortio. Hæc ille.

Hic iam vides, quòd de peccato
quod in nos committitur, id est, quo
nos frater offendit loquitur , dicens.
Quòd sicut Deus se habet in reuocā-
do eos qui in ipsum peccant ad salu-
tem: sic & nos debemus reuocare pec-
cates in nos. Quod frustra diceret, ni-
si de propria iniuria loqueretur. Se-
quutus est ergo Hylariū qui(vt suprà
retulim⁹) ait nos debere fratrē in nos
peccantē corrīgere, & reuocare: sicut
Deus populum Israel in se peccan-
tem

tem reduxit.

Huius sententia est Armacha-
nus, quod ille textus sit de propria
iniuria interpretandus: hoc addens
quod illud dictum est solis prelatis: in
quo cum illo non consentio. Sed de hoc
postea. Dicit igitur libro septimo
de questionibus Armenorum. c. 9.
Hoc preceptum datum esse Petro,
& per eum aliis prelatis. Hoc autem
constat quia relictis aliis discipulis,
soli Petro loquitur. unde elicitur (in
quit) doctrina singularis, ut quilibet
iudex Ecclesiasticus, sciat quem
modum punitionis exequi debeat er
ga quoscumque; qui omnes in fratris no
mine signantur. Et hoc specialiter
in peccato commisso in propriam per
sonam. Premititur enim sic. Aspi
ciens Iesus in discipulos, dixit Symo
ni Petro. Si peccauerit in te, &c. Et
in fine dicit. Amen dico vobis, quae
cumque ligaueritis super terram. &c.
Vbi constat quod omnibus loquens

Aposto-

DE FRATERNA

Apostolis, dixerit sermonem ad so-
lum Petrum, quia doctrinam suam
voluit per Petrum deriuari ad cæte-
ros. Hinc infert, summum pontificē
non debere immediate iudicare pec-
catum. in propriam eius personam,
dumtaxat commissum, sed præmis-
sis monitionib⁹ in hoc loco positis,
debet illud Ecclesiæ propalare, ne
potius vlcisci, quàm corrigere pec-
catū videatur. Hæc ex Armachano.

¶ Hanc deniq; sententiam sequu-
Cōcilio Co ti sunt viri docti & pii, in concilio
loniensis. Coloniensi, quod nuper habitū fuit,
vbi ita decernitur, quum de corre-
ctione fraterna agitur: in expositio-
ne illius præcepti. Non falsum testi-
monium dices. &c. Publica (inquit)
publice sunt corrigenda, sed si priua-
tim in nos peccatum fuerit commis-
sum, modus iudicādi à Christo præ-
scriptus seruandus est. Si peccauerit
in te frater tuus. &c. Nam hoc opus
est charitatis, quando fratrem in te
peccan-

C O R R E C T I O N E . 39
peccantem ita corrigis , vt saluetur.

Hæc ibi.

¶ Vt autem videre liceat vim & S.Thom.
robur huius veritatis (omnia enim
vincit veritas) attēde diligenter sen-
tentiam sancti Thome. Qui quam-
uis in quarto scripto. d.19.&.2.2.q.33.
expresse doceat cum communi scho-
la theologorum, de quolibet pecca-
to citra propriam etiam iniuriam,
illud esse præceptum, scribens tamē
super Matthæum, quum accedit ad
illum locum de correctione frater-
na, mutasse videtur sententiam. Né-
pe quia non potuit vir sanctus , vbi
agebat interpretem , non sentire cū
sanctis, Sic enim habet. Si peccau-
rit in te. Item dicit. In te glo. id est, si
iniuriam vel contumeliam intule-
rit tibi. Vnde vult dicere, quod pec-
catum factum contra nos, dimitta-
mus, sed peccatum quod fit contra
Deum , nos remittere nō possumus,
vt dicit glo. 1. regu. 2. Qui peccau-
rit

DE FRATERNA

rit cōtra Deū, quis orabit pro eo? &c
Itē debes præcipue curare iniurias à
fratre illo, qui tecum est in eadem so-
cietate. De aliis & habenda est cura,
sed non tantum. Quid nobis de his
qui foris sunt? 1.cori.5.

¶ Dominus discipulos ad perfectā
solicitudinem & correctionem du-
cit. Supra enim. c.7. dixerat domin⁹,
quòd si aliquis offenderit fratrem,
quòd relinquat munus ante altare.
Hic autem amplius procedit. Quia
non solum ille qui læsit, sed qui læ-
sus est. &c. Vnde si peccauerit in te,
vade, Psal. 119. Cum his qui oderant
pacem eram pacificus. Nunquid pri-
mo remittes? Non, sed primo debes
corripere. Vnde non iubet cuicunq;
dimittere, sed pœnitenti. Item dicit
corripe, non increpa vel exaspera: &
breuiter ostende. Si cognoscit, tunc
debēs demittere. Vnde. Instruite eos
in spiritu lenitatis. Gala. 6. Et infra.
Si te audierit, lucratus eris fratrem
tuum.

tuum. Ad quid hoc dicitur? Propter tria. Ut scias quo fine debes corriperi, quia si propter te ipsum corripis, nihil facis: quia ubi priuata est emenda, non est correctio meritoria. Sed si propter Deum fit, tunc valet. Hæc Thomas. Ecce quam clarè de propria iniuria interpretatur, & ipse beatus Thomas locum illum, quum tam alibi loquutus fuerit cum pluribus, id est, cum scholasticis.

¶ Neq; Caietanus in hoc voluit, Caietanus.
 aut potuit non sequi sanctum Thomam, qui quum super secunda secundus. communem teneat opinionem, tamen in commentariis super Matthæum, solum de propria iniuria textum illum non obscure interpretatur. Sic enim ait. Postquam docuit te non peccare in fratrem tuum, superbiendo, scandalizando, despiciendo, modo docet qualiter te geras, si frater peccauerit in te. Si peccauerit in te, ad differentiam peccati in

DE FRATERNA

ti in aliū. Nā peccatū in te tuū est cō
dēnare, tuū est accusare. Frater tuus,
ad differentiā ethnicorū , quorū cor
rectio non speratur. Et rursus ad dif
ferentiam patris tui , contra quem
non est fas ad vleriora quæ sequū
tur procedere. Vade. Non expectes
vt expectet ad petendum veniam à
te , aut prius ipse veniat ad te, vt ob
uiet tibi, sed tu vade corripe eū. Nō
sufficit vt parcas ei benigno oculo,
pacata lingua, ac bonis factis tractes
eum: sed iniungitur tibi, vt cures sa
lutem illius qui te offendit, corre
ctionis fraternalē verba ad hibendo.
Hæc ille.

Silvester.

¶ Silvester quoq; in summa, ver
bo Correctio fraternalē, sequutus san
ctum Thomam , tenet cum opinio
ne communi , intelligens textum il
lū de quouis peccato : & sic dicit es
se omnibus præceptū corrigere fra
trem, quem scimus peccasse. Sed in
Rosa aurea super Euangeliū quod
legitur

legitur fe. 3. dominicæ tertiae quadragessimæ: egregie sentit textum prædictū loqui de propria iniuria dūtaxat. Sic enim habet. Si peccauerit in te, id est, tibi soli iniuriam aut damnum faciendo, & te solo sciente. Ista enim duo requiruntur ut dicatur in te peccare. Hoc sumpfit à beato Augustino, quem supra citauimus.

¶ Hæc dicimus non animo lacesendi (absit) sed ut omnes videant, q̄ sibi constet veritas, quando ab his etiam qui aliter senserant: nō potuit non honorari, & in lucem prodi. Ni mis (fateor) immorati sumus in hac secunda probatione, sed non ab re: ibi enim (ut postea videbitur) est nudus & summa totius difficultatis.

Tertia via.



A M procedamus ad ter-
tium modū probandi, né-
pe ex Sacris Canonibus.

Nam extra de iudiciis. c. nouit, habe-

F tur

DE FRATERNA

tur, quod rex Angliae, & rex Franciae fecerant inter se pactum, super Comitatu Pitauiae, & illud iuramento firmarunt. Quum vero rex Franciae occupasset comitatum illum violando pactum initu: ægre tulit rex Angliae, frequenterq; ipsum monuit violationis pacti. Quumq; nihil apud illum proficeret, rem detulit ad sedem Apostolicam. Qua denuntiatione facta, pontifex causam comisit Archiepiscopo Bituricensi, & cuidam Abbatii, ut procederent in ea iuxta formam sibi prescriptam. Dicit ergo textus. Nouit ille qui nihil ignorat. Et infrâ. Non putet aliquis quod iurisdictionem Illustris regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, quam ipse iurisdictionem nostrâ nec velit nec debeat impedire. Sed quum dominus dicat in Euangeliô. Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipsum solum, si audierit te lucratus es fratre tuu

CORRECTIONE. 41

tuum: si te non audierit, adhibe te-
cum vnum vel duos: vt in ore duorū
vel trium stet omne verbum. Quòd
si non audierit, dic ecclesiæ. Si autē
ecclesiam non audierit, sit tibi sicut
ethnicus & publicanus. Et rex An-
gliæ sit paratus sufficienter ostende-
re, quòd rex Fraciæ peccat in ipsum,
& ipse circa eum processit in corre-
ctione secundum regulam euangeli
cam. Et tandem quia nullo modo pro
fecit: dicit ecclesiæ. Quomodo nos
qui sumus ad regimen vniuersalis ec-
clesiæ superna dispositione vocati,
mandatum diuinum possumus non
exaudire, vt non procedamus secun-
dum formam ipsius: Nisi forsitan i-
pse coram nobis vel legato nostro ra-
tionem sufficientem in contrarium
ostendat.

Hæc textus ille, vbi palam non
de alio quám de peccato in corripié-
tem commisso agitur. Vnde non ab
re mirandum est, cur Abbas & alii

DE FRATERNA

iuris canonici periti hoc non adnotarunt, quod ille textus de propria iniuria loqueretur: sicut alias notare consuerunt, ubi forte minor est ratio. Quod si diligenter aduertissent, non extedissent textum ad omnia indiferenter peccata.

¶ Item extra de haereticis. c. quū ex iniuncto, idem Innocentius. 3. qui supra citatam edidit decretalem, dicit. Nec quisquam sue præsumptionis audaciam, illo defendat exemplo, quod a fina legitur reprehendisse Prophetā, vel quod dominus ait. Quis ex vobis arguet me de peccato? Quum aliud sit fratrem in se peccatum occulte corripere, quod quisque tenetur efficere secundum regulam Euangelicam. In quo casu sane potest intelligi, quod Balaam fuit corruptus ab a fina. Et aliud est fratrem suum delinquentē reprehēdere manifestē. Quod utique nulli licet secundum Euangelicā veritatem, nam qui

qui etiā dicit fratri suo fatue:regerit gehenæ ignis. Rursus aliud est quod prælatus sponte de sua confusis innocentia, subditorum se accusatio ni supponit. In quo casu præmissum verbum domini debet intelligi. Et aliud est quod subditus nō tam animo reprehendendi, quām de trahendī, insurgit temerarius in prælatū, cum ei incumbat potius necessitas obsequendi. Quòd si forte necessitas postularet, ut sacerdos tanquam inutilis, & indignus, à cura gregis debeat remoueri, agendū est ordinate apud Episcopum: ad cuius officium tā institutio, quām destitutio sacerdotū noscitur pertinere. Hæc ille textus.

¶ Ecce hæc decretalis merito arguit laicos in sacerdotes impudenter insurgentes, docens licitum esse corripere sacerdotem in se peccantem, secrete, tanquam fratrem: secundū regulam Euāgeliū, vbi locum habet illud exemplum de asina Balaā,

F ; repre-

DE FRATERNA

reprehendente Prophetam, quia ea iniuste cedebat, & in eam (ut ita dicam) peccabat. Sic potest & subditus reuerenter corripere prælatum iniuste in se agentem. Et hoc est facere iuxta regulam illam Euangelicam. Vbi manifeste loquitur de propria iniuria. Sed non est ita licitum, immo est valde execrabile superiorem de quolibet peccato, aut procaciter reprehendere, quod verius dicitur detrahere, & iniuriam inferre. Si autem de quolibet peccato textus euangelic⁹ intelligeretur: liceret subinde sacerdotes & prælatos manifeste reprehendere. Adducere enim oportet saepè testes ad illos conuincendū: quod hæc decretalis fieri vetat.

Quarta via ad secundam conclusionem.

Sed

CORRECTIONE.

44



ED iam rationibus agamus, ostendendo prædictū sensum esse germanum, & proprium illius textus. Et primo sic. Non est vis inferenda scripturæ sacræ, ut textus eius à vero & communi sensu retorqueatur, ob rationes aliquas nobis apparentes. Ita docet Abulensis. i. paralipo. c. 16. q. 8. & i. reg. 20. q. 28. & alibi saepe. Quem ideo citare volui quod huius suæ doctrinæ debuerit meminisse, quum ad expositionem prædicti textus accessit. Hoc docuit multo ante beatus Augustinus lib. 8. super Genesim ad literam. c. 2. loquens de veteri testamento quomodo debeat exponi. Sane (inquit) quisquis voluerit omnia quæ dicta sunt secundum literā capere, idest, non aliter intelligere q̄ litera sonat, & potest euitare blasphemias, & omnia congruentia fidei catholice prædicare, nō solū nō est inuidendum, sed præcipuus, mul-

Augustini.

F 4 tumq;

DE FRATERNA

tūq; laudabilis intellectus est haben-
dus. Si autem nullus exitus datur, vt
pie & digne Deo quæ dicta sunt in-
telligentur, nisi figurate in ænigma-
tibus: proposita ista credamus. Habē-
tes autoritatem apostolicam, à qui-
bus tam multa, de libris veteris testa-
menti soluuntur ænigmata. Quòd
si hoc est verum in libris veteris te-
stamenti, qui passim vtūtū figuris
& ænigmatibus, vt ille sit præcipuus
intellectus, qui ex vi literæ sumitur,
dum commode fieri potest: à fortio-
ri in libris noui testamenti, qui ma-
iori multo luce sunt prædicti. Ille igi-
tur germanus est sensus, qui in ipsa
litera sonat in euāgelio, nisi ratio vel
autoritas aliter intelligere vrgeat.

¶ Modo hic sensus, quem esse illius
textus probamus, est qui plane, & si-
ne extorsione aliqua ex litera colli-
gitur, qui nullas patitur angustias,
immo plurimas euadit difficultates
nullaq; ratio suadet in aliū sensum
retor-

retoquere. Hic igitur est proprius
& verus sensus illius loci.

¶ Confirmatur hæc ratio ex sen-
tentia beati Agustini. 3. de doctrina Augu.
christiana. c. 2. Dubia (inquit) sunt de
terminanda, secundum sententiam
quæ de scripturarū planioribus lo-
cis accipitur. Sunt autem planiora,
quæ ad literam planius sonant. Vn-
de Hugo de sancto Victore in prolo-
go super ecclesiastē. Omnis scriptu-
ra secundum propriam interpreta-
tionem exposita, & clarius elucescit,
& ad intelligendum se faciliorem le-
gentibus pandit accessum.

¶ Multi virtutem scripturarum
non intelligentes, expositionibus pe-
regrinis decorem & pulchritudinē
earum obnubilant. Et quum occul-
ta referare debuerant: etiam manife-
sta obscurant, Ex quibus constat, pri-
mum studēduni esse: vt in expositio-
ne scripturarum ille sensus accipia-
tur, qui remota omni obscuritate &
diffi-

DE FRATERNA

difficultate, ex vi litere plane haberi potest, Et per illum dubia occurrentia esse determināda. Modo quis non videat, illum intellectum quem nos pretendimus illius textus, & sancti doctores communiter intellexerunt, huiusmodi esse, & non alium?

Cōfirmā. 2. ¶ Confirmatur secundo quia quādo sunt duo sensus in aliquo loco scripturarum, ambo catholici, ille vtiq; est magis eligendus, qui quā literāe sit magis conformis, planior est, multaq; euadit incōuenientia & incommoda, quā alterū sensum cōmuniter consequūtur. Talis autem est huius textus, quem interpretari contendimus sensus. Alius vero qui communiter à scholasticis assignatur: nec literāe consonat: nec se ab intricatis difficultatibus potest expedire. Quinimmo innumera patitur incōmoda, vt infra in quinta cōclūsione latius demonstrabimus. Quis ergo hunc non abiiciat, & planum illū

illum ac facilem non amplectatur?

¶ Ex prædicta secunda conclusio Coro. pñ.
ne quadruplici via satis probata: se
quuntur aliquot corollaria. Pri-
mum est. Illa expositio vulgaris il-
lius textus. Si peccauerit in te, idest,
te sciente, aut in te, idest coram te, in
dignissima est, quæ à sacræ scriptu-
ræ interprete proferatur. Patet ex
supra adductis: quia extorta est, &
prorsus inepta. Vnde & misere deci-
piuntur, qui illam beato Augustino
adscribere solent, perinde atque alii
qui Augustinum allegant super pri-
mam Timothei epistolam. c. 5. quū
re vera Augustinus in illam epistolā
non scripserit: nec tale opus eius ex-
tet. Decepit autem illos, quod repe-
rerint quandā glosulam Augustini
ad prædictum locum, & inde puta-
runt, Augustinum in eam epistolam
commentaria edidisse. Sed neq; Au-
gustinus, neque glosa ex ipso desum-
pta: talem expositionem habet. Si au-

tem

DE FRATERNA

tē vis ipsius Augustini sensum accipere nitidum & absq; ullo errore: legi ipsum in sermone. 16. de verbis domini (ut supra citauimus) & habetur 2. q. 1. Si peccauerit. vbi sic habet. Si peccauerit in te frater tuus. &c. & infra. Quia in te peccauit. Quid est in te peccauit? tu scis, q; peccauit. Quia enim secretum fuit quādo in te peccauit, secretum quāre quum corrigis quod in te peccauit. Hęc Augustinus. Nunc quām ineptū sit ex hoc inferre, Augustinum sensisse peccauit in te, idest, te sciente, quis non videt?

Abulensis.

¶ Audi etiam Abulensem qui quum vulgarem opinionem fuisset sequitus, hoc tamen in loco non potuit tacere veritatē. q. 84. super Matthæuni. 18. sic habet. Alii exponunt, peccauerit in te, idest, te sciente. Ista opinio videtur introducta, ne solū putaretur correctionem fraternalm faciēdam esse ab eo qui passus est iniuriā.

iuriam. Nam tunc in aliis quæ non
sunt contra nos non esset correctio
facienda, neq; haberet locū ista cor
rectio. Istam videtur approbare Au
gustinus de verbis domini. Si pecca
uerit in te frater tuus. &c. Quid est
in te peccauit? Tu scis quia pecca
uit. Sed dicendum est quòd ista ex
positio est extorta, quia ibi, in , ac
cipitur pro contra. Sic accipitur.
Luc. 15. Pater peccauit in cœlū &
ram te, idest, contra cœlum, quia cō
tra Deum qui est in cœlo. Sic etiam
accipitur. i. reg. 2. Si peccauerit ho
mo in hominem. &c. Et istum mo
dum sequuntur omnes doctores, Au
gustinus, Chrisostomus, Hierony
mus, de iniuriatore & iniuriam pas
so. Et licet dixerit Augustinus. Quid
est peccauit in te? Tu scis, quia pec
cauit in te, non innuit per hoc quòd
dicere peccauit in te, est dicere, pec
cauit te sciente. Sed quia peccauit
cōtra te. Et quia cōtra te fuit, tu illud
scis,

DE FRATERNA
scis, & nō potes ignorare. Hæc ille.

¶ Vide ergo quāni clarum reddit
sensum Augustini: vt nullo modo lo
cum habeat illa absurdā expositio
in te, id est, te sciēte, sed quāe sola pro
pria & legitima est, in te, id est, con
tra te, ita videlicet quōd te solum of
fendit & non alios: vnde & quia tu so
lus scis, tu solus debes primo corripe
re. Deinde vt magis appareat illius
expositionis absurditas, nota quan
tum interest inter duas illas præposi
tiones, in, & coram. Quis vñquam le
git vel in libris sacris, vel etiā in pro
fanis: vt, in, accusatiuo deseruiens v
surparetur pro, coram? Aut quis la
tinæ linguae vel mediocriter perit,
non irrideat simul & explodat expo
sitionē istam, si peccauerit in te hoc
est te sciente? Nisi fortè maxima vr
geret ratio: quāe latinæ phrasis com
munes regulas solueret. At talis hic
non est: nec esse potest. Sat scio sacrā
scripturam regulis Donati nō subia
cere,

cere: sed nō est cuiuslibet, aut ubi uis, à proprio & grāmaticali sensu scri-
pturā detorquere. Procūl sit igitur
talis exponendi licentia à sacris lite-
ris, & catholicis viris, quæ risum ma-
gis moueat, etiam his qui foris sunt,
quam adificationem.

¶ Vnde cautē notat S. Tho. i. p. q. s. Thom.
68. ar. i. allegans beatum Augustinū,
quòd duo sunt seruāda in expositio-
ne sacræ scripturæ. Primum, ut veri-
tas scripturæ inconcusse, teneatur.
Secundum, quòd ubi varii sunt sen-
sus: sic exponantur, quòd non detur
occasio infidelibus deridendi sacrā
scripturam.

¶ Audi obsecro quænam philo-
sophatur Hugo Cardina. super Mat Hugo Cat.
thæ. i 8. Si peccauerit in te. &c. Si te,
inquit, est in ablatiuo, significat, id
est, te sciente. Si est in accusatiuo sig-
nificat contra te. Bellam, scilicet, di-
stinctionem, & (ut aiunt Canonistæ)
glosam singularem. Necesse est enim
vt ibi

DE FRATERNA

vt ibi, Te, sit accusatiū casus. Quod patet, tū ex uerbi præcedentis significatione, quod magis motum quam quietem significat: tum ex veritate Græca quæ huiusmodi æquiuocationē facile tollit, vbi dicitur. (eis se) Neq; habēt Græci ablatiuū casum, sed loco illius vtuntur genitiuo vel etiam datiuo.

Corola. 2.

¶ Secundo sequitur, quod quædā alia expositio quæ solet ab aliquib⁹ aſignari, seruata proprietate literæ, ſed ſenſu variato, vt illum extendant ad quodlibet peccatum: minus est inepta, ſed æque impropria. Quidam enim videntes primam illam expositiōnem adeo violentam & extortam, vt tamen ſuam opinionem alia via tuerentur, ita conati ſunt exponere. In te, iudeſt, contra te. Sed ille (inquiunt) dicitur contra nos peccare, qui nobis videntibus aut ſcientibus peccat. Peccatum enim eum laedit quodammodo, quem ſcandali-
zat,

zat & ad peccatum prouocat, quando coram ipso peccatur. Ita videtur exponere sanctus Thomas secunda secunde. q.33. ar.7. ad secundam confirmationem secundi argumēti principalis. Dicit enim. Si peccauerit in te frater tu⁹. &c. quia te læfit, vel saltēm in notitia sola. Quem sequitur Adrianus, dices. Qui peccat in Deū: in omnem fidelem peccat. Et Abulensis. Omnis ille peccat in te, qui te sciente peccat: quia præbet materiā scandali ut dicit. q.95. ad. 9. Scandalū autem idem est quod offendit, ut dicitur, Ro. 14. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum: vnde qui scandalizat, offendit proximum, & ita in eum peccat. Et ad obiectionem, quod glosa & omnes communiter sancti expōnunt illum textum tantum de propria iniuria, respondet Abulensis ibi in Matth. q.84. quod capitulū large iniuria pro omni nocimēto, tam

G animæ,

DE FRATERNA

animæ, quæni corporis. Nam & Hieronymus (inquit) sic accipit quū dicit. Si pecauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, quasi vero Hieronymus, id senserit. Alii quoq; ita respondendum putant, ad illam glosam, si iniuria vel cōtumelia te affecerit. Quòd omne peccatū quod coram me fit, mihi iniuriam irrogat: quia irreuerentiam facit. Ecce quanta sit diuersitas ingeniorum contra veritatem pugnantium. Sed his interdum omis̄sis, probatur collarium. Quia sensus planus ex vi ipsius litteræ erutus (in quo solo cōstituendum est dogma, vel præceptum) non compatitur talem expositionem. Nam peccatum in Deum, & peccatum in proximum (vt supra diximus) lōgo interuallo distant, ita vt qui dixerit peccatū commissum immediate contra Deum, esse propriam iniuriam videntis hominis, vel scientis, magnam quandam im-

pro-

CORRECTIONE. 50

proprietatem dicat. Nam si qua hominis iniuria est tale peccatum, communis dicenda est omnium, non propria vnius: Et ita in omnes peccat, non in me solum. Nec potest fulciri talis expositio autoritate alicuius doctoris sancti: quum has improptates omnes abhorreant. Multo autem mihi potest roborari aliis locis sacrae scripturae (id quod solent doctores facere in locis obscurioribus) quia non reperitur usquam quod peccans in Deum, eo ipso dicatur et in hominem peccare. Quin potius scriptura ipsa distinguere consueuit inter haec duo, peccare in Deum, & peccare in hominem, ut supra citavimus.

¶ Miror autem dominum Abulensem, virum alioqui doctissimum, & omni fere literarum genere refertissimum: quod voluerit suam opinionem dicto beati Hieronymi confirmare, non satis aduertens verba se-

G 2 quætia,

DE FRATERNA

quentia quæ aperte sunt contra eū,
& decerpens tātum vnum verbum.
Sic enim habet Hieronym⁹. Si pecca
uerit in nos frater noster, & in qua
cunq; causa nos læserit, dimitendi
habenius potestatem, immo necessi
tatem, qua præcipitur vt debitori
bus nostris dimittamus: si autem in
Deum, non est nostri arbitrii. Peto
nunc, quod est illud peccatū in Deū
commisſuni: quod non est nostri ar
bitrii dimittere, nisi peccatum Deū
immediate directe offendens: qualis
est blasphemia, periurium, hæresis?
Hæc quidem, si me etiam sciente &
audiente fiant, non est mei arbitrii
dimittere, immo arguere, accusare,
& punire(si opus fuerit) æquum est.
Quod est ergo peccatū à me dimit
tendū, pariter & corripiendū in pec
ante: Illud vtiq; quod ad me ledē
dendum directe fit, licet indirecte
Deum ipsum aliosq; offendat: vt pu
ta conuicium, falsum testimonium,

bono-

bonorum direptio.&c. In huiusmodi, rancorem cordis ita teneor à me pellere, ut si cōmode possum, & ipsū peccantem corripiam, & ad meliorē mentem reducam. De hisce ergo peccatis, Hieronymi sentētia intelligitur, nisi proteruire cōtendas.

¶ Deinde aliud est aliquē lēdere, aliud lēfionis occasionem dedisse. Qui me sciente peccat, occasionem quidē mihi præbet lēfionis, sed non ob id solum lēdere dicitur. Modo non dixit Hieronymus, in quacunq; causa nobis occasionem dederit lēfionis aut nocimenti: sed in quacūq; causa nos lēserit, idest, in persona, in fama, in cæteris bonis animæ vel corporis: Lōge ergo abest illa exposi^{g. 210. 2}tiō à mente Hieronymi.

¶ Hæc dixi propter dominū Abulensem, qui tā violēter nifus est Hieronymum ad se trahere aperte repugnantem. Sed vt illud daremus, quid posset respondere ad cæteros docto-

DE FRATERNA

doctores grauissimos. Ambrosium,
Augustinum, Hylarium, Chrisostomum,
Theophilactum. &c. & ad omnes glosas quæ communiter adducuntur super illum textum de propria iniuria interpretantes, quam remittente ad nos spectat. Patet ergo dominū Abulensem veritatē rei primum attigisse, sed multitudine scholasticorum postea quasi territum, ad illorum opinionē sponte declinasse.

Corola. 3.

¶ Sequitur tertio, quod qui communiter fundant materiam de correctione super hunc textum, probare volentes, teneri nos ad corrigendum fratrē de quo quis peccato, quo scimus illū peccasse nihil inde probare possunt, quū ille text⁹ ad literā sit de propria iniuria intelligendus (ut satis probatum est) Quid hic refutram de illis, qui ex illo textu perpetram intellecto: probare contendunt conciliū esse super Papam, quia peccatum Papæ post vnam & secundā admo-

CORRECT I O N E. ⁵²

admonitionem, deferendum sit ad concilium: tanquam ad supremum indicem & tribunal? Quasi diceret, Si peccauerit in te pater tuus, & non frater tuus: vt Caietanus dicit(& bene.) Sed de ipsa conclusione non est meum nunc censere. Tantum modū inferendi reprehendendum iudico: quia cū ille textus nō nisi de propria iniuria loquatur, & non de peccato hæresis (de quo solo casus correctio-
nis pontificis intelligi debet) non vi-
deo quomodo conclusio ex tali tex-
tu deduci possit. Manet igitur fir-
ma & abunde satis probata nostra se-
cunda conclusio, quæ & fundamen-
tū est huius doctrinæ. Explicans sen-
sum proprium & planum illius tex-
tus. Si peccauerit, &c. de iniuria con-
tra nos facta esse debere dumtaxat.
Nunc addamus & tertiam.

G 4 Prima

DE FRATERNA
TERTIA CONCLUSIO

TERTIA principialis conclusio est. Quamquam corrigere fratrem sit præceptum, modus tamen corrigit di de quo quis peccato non est determinatus, nec per illum textum Mat: h. xvij. præceptus.



RIMA pars huius cōclu-
sionis probata fuit supra in
prima conclusione. Vbi o-
stēdimus iure diuino & na-
turali nos omnes astringi ad corre-
ctionem fraternā faciendam, prout
ratio exigit. Secundam autem par-
tem probabimus tripliciter. Primo
rationibus. Secundo testimoniis san-
ctorum. Tertio ex vſu ecclesiæ.

¶ Prima ergo ratio fit hæc. Sicut
in sacris literis robur non habet ar-
gumentum nisi ex sensu literali de-
sum-

CORRECTIONE. 53

sumptum, in quo noscitur esse veritas et authoritas (ut docet beatus Augustinus 3. libro de doctrina christiana) sic neq; à sensu literali dubio vel improprio, potest deduci argumentum, ad probandum aliquid esse necessarium ad salutem, velut præceptum obligans. Sed hunc corrigendi ordinem quemuis peccantē, esse præceptum & necessarium ad salutem, alibi non determinatur ex scriptura: neq; ex prædicto textu sane intellecto deducitur. Alius autem sensus præter illum quem in præcedēti cōclusione mōstrauimus, vel est omnino improprius, vel saltem est anceps & dubius. Igitur ex illo textu nullo modo habetur præceptum taliter corrigendi. Maiorem huius discursus confirmat beatus Hieronymus. Matth. 13. Vbi cum textum illum de tribus satis farinæ, quidam de trinitate personarum exposuissent, dicit. Pius quidem sensus. Sed nunquam

DE FRATERNA

parabolæ , & dubia ænigmatum intelligentia, ad authoritatem dogmatum potest proficere. Hæc ille. Et beatus Augustinus , in epistola contra Petilianum Donatistam inquit, cap. 5. Hoc etiam prædico atq; propono , vt quæq; aperta & manifesta deligamus, quæ si in sacris scripturis non inuenirentur , nullo modo esset vnde aperirentur clausa , & illustrarentur obscura. Est igitur adstruendum dogma , non nisi ex sensu literali plano & certo: omni ambiguitate semota. Minor probatione non indiget. Nam si doctores scholasticos hac in re consulas : videbis eos magnis angustiis laborantes, nihilq; certum definientes : non ob aliud nisi quia dum planum sensum illius textus fugere cupiunt, in quo eorum opinio fundari non potest: incident in scillam , id est , in alterum, nescio quem; interpretandi modum , mille plenum ambiguitatibus & inconuenien-

nien

CORRECTIONE. 54

nientibus. A quibus omnibus facile
liberatur, qui proprium planumq;
intellectum sanctorum patrum se-
quitur.

¶ Probatur secundo eadem pars. Ratio. 1.
Quia non est ponendum præceptū
diuinum præsertim euangelicum,
nisi aliquo istorum quatuor modo-
rum cogamur ponere, videlicet. Vel
quia in Euangēlio expressum est à
Christo ut præceptum, vel ex aliquo
sic expresso in consequētia euidēti,
aut saltem reuelata & proprie cre-
denda, deducatur. Vel sit tale quōd
ab ipso Christo sit imperatum apo-
stolis, & ab illis ad nos vsq; certa &
continua traditione peruenērit. Vel
quarto quōd sit, vt tale, specialiter
inspiratum alicui & reuelatum pro
se vel pro aliis. Hanc propositionē
optimè deducit Ioannes Gerson par Gerson.
te tertia de vita spirituali, lectione
secunda, corolla. septimo. Sed il-
le ordo procedendi in correptione
cuius-

DE FRATERNA

cuiusuis peccati non obligat aliquo
istorum quatuor modorum, igitur
nullo modo est in præcepto. Proba-
tur minor per singula. Non primo
modo, quia nō est expressum in Euā
gelio, si enim alicubi, maxime Mat.
18. Si peccauerit. &c. Sed non ibi, quia
(vt probatum est) textus ille de sola
propria iniuria loquitur, & aliū sen-
sum alienum esse probauimus à pro-
prietate literæ, & ab interpretatio-
ne sanctorum. Et si talis sensus ad-
mitteretur, adhuc tamen non cōstat
esse præceptum: immo constat non
esse, vt infra ostendemus. Igitur. &c.
De aliis tribus mēbris quia notissi-
mum esse arbitror: non est quòd le-
ctorem remorer superfluis probatio-
nibus.

Ratio. 3.

¶ Probatur tertio, quia quū Chri-
stus omnia præcepta ceremonialia
& iudicialia antiquæ legis abrogas-
set, præter moralia quæ sunt etiam
de lege naturæ, vix vnum aut alterū
nobis

nobis imposuit in lege Euangelica,
ut bene tractant doctores in tertio
sententiarum distin.vl. Et est doctri-
na beati Augustini in expositione ti-
tuli Psalmi.73. Vbi dicit. Discussa er-
go præcepta.s. veteris & nouæ legis,
aut omnia eadem inueniuntur , aut
vix aliqua in Euangelio, quæ non di-
cta sint à Prophetis. Præcepta eadē,
sacramenta nō eadē, promissa nō
eadem. Videamus quare præcepta
eadem? Quia secundum hæc Deo
seruire debemus. Sacramenta nō ea-
dem: quia alia sunt quæ dant salutē,
alia quæ promittunt saluatorē. &c.
Loquitur autem beatus Augustinus
de præceptis moralibus , quæ circa
virtutem versantur, non de iudicia-
libus quæ ad politicam conuersatio-
nem tendunt. Sunt igitur præcepta
moralia nobis & antiquis eadē, quia
de lege naturæ. Sed huiusmodi cor-
rectionis ordo qui ad mores perti-
net : neq; est præceptum naturæ, ne
q; ad

DE FRATERNA

que ad illa reducibile, ergo prima pars minoris est manifesta, quia neque est principium per se notum, neque conclusio ex tali principio immideate deducta: quale debet esse omne praeceptum legis naturæ. Secunda pars ostenditur. Quia si ad aliquod esset reducibile, non nisi ad hoc principium. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sed profecto ad illud non reducitur ordo correctionis iste, quum ex illo principio nullo modo inferatur. Infertur quidem actus correctionis, quia si teneor diligere, pari etiam ratione teneor de peccato corripere. Hoc est enim curam agere de salute spirituali fratris. Quum autem id possit multipliciter fieri prout ratio exposcit, non teneor ad hunc modum determinate.

S. Tho. ii.

q.33. ar. 2. ad

2. Ricar. di.

19. 4. q. 1. ar.

1. Durā. ibi tes.

Dices forte (ut dicunt aliqui doctores) contineri illud sub quarto præcepto de calogi. Venerare parentes. Nam ut dicunt, omnia quæ ad beneficium

CORRECTIONE. 46

neficentiam proximi pertinent, re- dē. q. 3. ad
ducuntur ad illud quartum. Ut hoc primum.
libere debemus: quod tamen non ha
bet apparentiam veri, tantum sequi
tur quod teneamur corripere fra
trem lapsum, & eum corrigere me
liori modo quo possumus, ut ratio
ipsa postulat. Ut autem procedam⁹
gradatim vsq; ad sententiā ecclesiæ,
quomodo potest concludi stando in
lege naturæ? Non est igitur ille ordo
cadēs sub præcepto aliquo illorum
Decalogi.

¶ Probatur quartò. Quia illud præ
ceptum si sic ponatur, multum ab
horret à præceptorum Christi con
ditionibus, seu proprietatibus. Chri
sti enim præcepta leuia, clara, & val
de vtilia sunt. Cōtra verò, huiusmo
di præceptum, graue, obscursum, at
q; prorsus inutile, ne dicā pernicio
sum. Maioris propositionis veritatē
vel Christus ipse attestatur. Matth.
ii. Iugum meū suave est & onus meū
leue,

DE FRATERNA

Ieue, cui satis consonat, illud Petri.

A&tu.15.

Quid tentatis Deum imponere iugū supra ceruices discipulorū, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? Vbi Beda. Ille ergo tentat Deum, qui aliter quam ipse præcepit, facere laborat. Quemadmodum Cherintus & Hebion qui legem pariter cum Euangeliō seruandum esse docebant ad salutem obtinendā. Et beatus Augustinus ad inquisitionem Ianuarii. Ipsam (inquit) religionem nostram, quam in paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis, Dei misericordia voluit esse liberam, seruilibus præmūt one rib⁹. adeo ut tolerabilior sit cōditio iudæorū: qui legalibus sacramētis, & nō humanis præsūptionib⁹ subiiciuntur. Patet ergo maior. Minorem vero oportet aliquanto prolixius per

Probat esse singulas partes probare. Et primum quod illud præceptum esset supra modum graue atq; adeo intolerabile,

Beda.

le, ostenditur, ex eo quod etiam in propria iniuria ubi maior vrget ratio, minor est pudor, & in testibus adducendis maior authoritas, vix vñquā ille ordo seruatur, propter eius difficultatem, quomodo ergo servari poterit in aliis nūille casibus, qui paf sim quotidie sese offerunt? Aut quotus quisq; reperitur etiam inter ipsos theologos, qui eo procedat ordine in delictis corripiendis, aut se pruaricatorem præcepti iudicet ubi eum ordinem prætermiserit? Quo circa notanda mihi videtur sententia & doctrina Gersonis lectio- Gerson.
ne quarta, de vita spirituali. 3. p. Nē-
pe quod doctores theologi, nō debet
esse faciles ad asserēdū aliquas actio-
nes vel omissiones esse peccata mor-
talia, præsertim sub verbo vniuersa-
li, n̄ faxime quā obseruatio cōmu-
nis obnittitur obuiatq;, ubi non sunt
certissimi de re ipsa, nec talia sunt
prædicanda populo tanquam certa.

H. Nana

DE FRATERNA

Nam per huiusmodi assertiones voluntarias, rigidas, duras, & nimis strictas, in rebus incertis, nequaquam eruuntur homines à luto peccatorū, sed in illud profundius, quia despatius, immerguntur. Hinc etiam generantur scrupuli inquietatiui simplicium, ut eis sit solidum nihil. Nā & si beatus vir qui semper est pauidus, & veretur peccata sua: obseruan dum tamē est summopere illud Terentianum. Ne quid nimis. Et ne in scirpo nodum quærant. Demum quid prodest, immo quid non obest coarctare plus iusto mandatū Dei, quod est latum nimis? Quid insuper expedit, amarius grauiusq; reddere illud Christi iugum, quod suaue est, & onus eius leue? Nam & si contépt⁹ ex hac laxatione & dulcedine, apud aliquos improbos maior oriatur, habentes velamen malitiæ libertatē: at apud alios bene institutos, gratiarum resonabunt actiones. Præsta bitur.

CORRECTIONE. 58

bitur etiam sedulum seruitum domino, cuius mādata grauia nō sunt, quippe qui non vult nos tentari & grauari supra id quod possumus. Hæc ex illo.

¶ Apparet etiam eius præcepti difficultas, & grauitas, omni ex parte. Nam vix inuenitur qui audeat fratre peccantem corrigere, etiam si sit maior & præstantior qui corripit. Quid ergo faciat æquales? Quid minores? Vix etiā reperitur qui correctionem primam velit patienter admittere, & non statim in odium corripiētis inardescat. Vix etiā & raro sese opportunitas corripiēdi offert. Et a prudentissimis viris, vix unquam obseruari potest. Cur ergo tā importabile iugum imponi debeat ceruicibus pusillorum? Vnde non nisi iurgia, dissensiones, & perpetuas inimicitias oriri posse certissimum est. Quòd si ita est difficile, primam & priuatam facere admonitionem,

H 2 quid

DE FRATERNA

Quid obsecro dicemus de contestiu-
vocatione , quid de ipsa publica ac-
cusatione ? Multo verius & consul-
tius censet Augustinus in sermone
illo domini in monte . Raro , inquit ,
& in magna necessitate obiurgatio-
nes adhibendæ sunt . Ita tamen ut in
his ipsis , non nobis sed domino ut
seruiatur instemus . Hæc ille .

¶ Demum ostendo adhuc diffi-
cultatem illius præcepti argumēto
domini Adriani de correctione fra-
terna . q. p. Quicūq; enim tenetur ad
aliqd ex præcepto , tenetur simul ad
omnia sine quibus illud impleri nō
potest . Verbi gratia , qui ad custodiā
ciuitatis obligatur , non potest non
obligari ad vigilias , & ad alia sine
quibus non potest ciuitas tuta esse .
Modo non potest illud præceptum
seruari absque scientia theologiæ .
Tot sunt enim difficultates , tot con-
ditiones & modificationes , tot deni
q; pericula imminent nisi omnia &
singula

CORRECTIONE. 55

singula perspiciantur: ut non vnius anni studium thæologiæ sufficiat, immo vix multi sufficient anni, ad illa omnia discenda & præcauēda, vt ipsi etiam theologi fateri debent, velint, nolint. Adde etiam quòd nihil fere reperitur certum & determinatum inter ipsos opinātes, quod attineat ad correctionem ipsam debite faciendam, sed vnum sic, aliis vero contra docet. Quis autem dicat omnes etiam rusticos & mulierculas teneri huiusmodi speculationes discere, quæ longū theologiæ studium requirunt: nisi velit vltro insanire?

¶ Hanc autem obiectionem ipse met Adrian⁹ conatur bifariā solvere. Primū, quia maior illa quòd qui cunq; tenetur, &c. debet intelligi in illo ad quod tenetur quis absolute: si cut ad suscipiendum baptismū, vel ad confitendum: & huiusmodi. Secundus est in his ad quæ tenetur iuxta fa-

H ; cul

DE FRATERNA

cultatē suam, sicut ad eleemosynas, tam corporales quām spirituales: de quarum numero est ipsa correctio fraterna. Vel aliter & breuius, quōd quisq; tenetur ad illam correctionē fraternam, secundum suam facultatem: quod quidem potest sine profunda theologiae scientia fieri. Fato tamen (inquit ipse) quōd tanta posset esse proximorum necessitas pereuntium, defectu videlicet correctionis debitæ: quōd valens ingenio teneretur pro qualitate talenti traditi, dare operam huic doctrinæ ad docēdum populum: quemadmodum & bona temporalia labore manuum acquirere, ut fame pereuntes à morte seruaret. Hæc ille.

Sed si diligenter omnia inspiciantur, neutra illarum cūsionum satisfacit. Prima non. Nam illa propositio absolute est vera, & in omnibus. Qui tenetur ad aliquid ex precepto, tenetur etiam ad omnia sine quibus

CORRECTIONE 60

quibus præceptum impleri non potest. Finis enim ponit necessitatem, his quæ sunt ad finem, ergo si finis est sub præcepto: & illa sine quibus haberi non potest sub eodem præcepto erunt. Oppositum enim manifestam implicat contradictionem. Nam si quis tenetur ad finem, & nō ad ea quæ necessaria sunt ad finem: tenetur ergo & non tenetur simul, quia nemo obligatur ad impossibile: esset autem impossibile, obtinere finem sine mediis necessario requisitis ad finem. Deinde si ipse concedit minorem, ergo nemo non theogus tenetur ad correctionem, & ita non erit generale præceptum. Tertio illa distinctio quam facit nō vallet. Nam qui obligatur ad aliquid, non obligatur ultra facultatē suam, nequè obligari potest. Vnde neq; ad baptismi præceptum tenetur, qui facultatem non habet baptismi suscipiendi: neq; ad confessionem facie-

DE FRATERNA

dam, qui facultatem non habet cōfi-
tendi. Item in exemplo illo quod as-
sumit de eleemosyna, locum habere
videtur prædicta propositio. Nam
qui pro loco & tempore tenetur ad
eleemosynam faciédam, quomodo
liberatur ab obligatione executio-
nis præcepti? Non magis liberatur,
quám qui non vult baptizari quum
potest & tenetur.

¶ Hæc forsan subodoratus Adria-
nus inconuenientia, aliam adiecit
solutionem. Quòd videlicet quisq;
tenetur corripere fratrem iuxta suā
facultatem. Et hoc, inquit, fieri po-
test sine profunda theologiæ scien-
tia. Hoc verum esse (salua tanti vi-
ri reuerentia) non puto. Nam in
hac materia, prout à theologis tra-
ditur, & docetur: tanta est difficul-
tas & opinionū varietas, vt ipsi etiā
summi theologi hærere passim vi-
deantur, vixq; possint seipfos ab hu-
iusmodi laqueis extricare. Quomo-

do ergo poterunt rudiores ipsos sufficienter instruere, quum ad eos recurrerint. Aut quomodo (nisi instruantur) corripere poterunt simplices & idiotæ? Itaq; nō video quin magna scientia requiratur in corripiente: qua nouerit quādō aut quomodo corripere oporteat. Quare difficile omnino ac pene impossibile foret tale præceptum.

Habet etiam hoc preceptū cum difficultate implendi, coniunctam obscuritatem intelligendi. Hoc autem alienum esse à præceptis diuinis, præter rationes quas adducere possemus, probat manifeste scripturæ autoritas. Nam præceptum dominii lucidum illuminans oculos. Sunt igitur præcepta diuina intellec-tu facillima. Nā quod omnes obligati:par est, ut ab omnibus intelligatur. Loquimur autem de præceptis moralibus: quale esset hoc de correctione fraterna. Nam ceremonialia & iu-

Obscurum
probatur.

Psalm.18.

D.E FRATERNA

& iudicialia , siue obscura sint , siue clara , facilia vel difficultia , non est presentis disputationis. Huius autem præcepti , ut communiter intellecti , magnam esse obscuritatem apparebit infra , quando sententiarum varietatem & confusionem recensebimus. Videbis enim quasi caliginem quandam , vel potius densissimas offundi tenebras inter ipsos opinantes , ut quod vno probat aliis improbet , nec simul duo concordent. Hoc neque , quia ab ipsa luce veritatis principio recesserunt.

Perniciosum
ostenditur.

¶ Tertio loco ostendetur (id quod grauius est) præceptum illud perniciosum fore , nedum inutile. Præcepta vero Christi esse vere utilia , testatur ipse dominus , Esa. 48. Ego dominus docens te utilia. Item Apoca. 22. dicitur , de ligno vita , id est , Christo. Et folia ligni ad sanitatem gentium. glo. interli. Præcepta Christi quaerunt & ornant fructum. Recte quidem.

CORRECTIONE. 62

dem. Nam in præceptis condendis
communis vtilitas spectatur, nō ali
cuius priuatum cōmodū. Sic enim
recta ratio, vel lex naturaliter nobis
insita docet: ut priuatis bonis, publi
ca præferantur. Nec solum ratio, sed
naturæ totius ordo hoc exigit. Nam
& grauia ascendunt, & leuia quoque
descendunt (nedetur vacuum) con
tra propriam inclinationē. Sic ma
nus ferienti gladio sese obiicit, pro
defensione capitis, ac perinde to
tius hominis. Quo circa Aristoteles 1. Etich. c. 1.
sapienter dixit. Si idem vni & ciuita
ti, perfectius videtur quod ciuitati,
& suscipere, & saluare. Amabile
quidē est vni soli, melius & diuinius
genti & ciuitati. Si igitur membrū
abscinditur, ne totū pereat corpus,
& autoritate legum exterminantur
malefactores pro salute rei publicæ
tuenda, quāquam illis correctio nō
profit, notum est communi vtilitati
semper esse consultum, tum à natu
ra,

DE FRATERNA
ra,tum etiam à ratione.Gratia autē
christi nec naturā destruit,sed perfī-
cit:nec rationi obuiat,sed potius suf-
fragatur. Quare præcepta Christi
maxime esse utilia nemo dubitat.
Quo supposito & indubitato fun-
damento ,probandum est quod af-
sumpsimus.Illud nempe,fore inuti-
le & perniciosum præceptum illud:
idq; multis rationibus.

¶ Primo quia esset fomentum ma-
lorum,impedimentum iustitiæ ex-
quendæ ,& pessimorum hominum
ad peccandum quasi velamen quo-
dam.Declarantur hæc omnia exem-
plo,verbi gratia,in casu hæresis. Sit
aliquis in hæresim vel apostasiam la-
pſus cum pertinacia.Iuxta illi⁹ præ-
cepti tenorem ,si omnes obligat(ut
dicunt) tenetur sciens seorsum cor-
ripere ,deinde unum vel duos testes
adducere ,ante quam inquisitorib⁹
rem denuntiet . Alioqui peccatu-
xus,contra ordinem fraternalę corre-
ctionis.

ctionis. Si enim denuntiat prætermisso illo ordine, peccat. Si nō denūtiat, hæreticus manebit impunitus, & interim malum malo augebit, & ex parua scintilla, flamma cōsurget inextinguibilis, quæ facile totam vastabit rem publicā. Nam sermo eorum ut cancer serpit, ait Paulus.

1. Timot. 1.

Quando enim hæreticus aut alius insignis peccator, à peccato resipiscit fraterne admonitus? Aut quis auderit huiusmodi hominem fraterne corrigere, illum postea denuntiaturus si non corrigatur? Nemo profecto, quū videat ex tali processu magnum sibi imminere discriminem. Et quod de hoc crimine dicimus, de aliis etiam intelligendum est. Quòd si hac ratione maioribus non denuntiatur, impunita manebit, & indies crescent sine remedio: quum principium totius remedii sit ipfa denuntiatio.

¶ Si dicas (ut dici solet) in tali casu
& si-

DE FRATERNA

& similibus, quando periculum imminet, vel emendatio non speratur, non obligare præceptū illud, quod quidem affirmatiuum est, & non nisi pro loco & tempore seruandum. Hinc est quòd rarissime contingit obligare propter importunitatē temporis, personarum, & aliarum circūstantiarū. Mirum profecto est quòd talem Christus dederit legem, quæ vix aut nunquam seruari posset, vel obligare, quum tamen sit de casibus passim contingentibus. Et leges non dantur: nisi de his quæ communiter contingunt. ff. de legibus. l. nā ad ea. Nam ad ea poti⁹ debet adaptari ius, quæ, & frequenter, & facile fiunt, quam ad ea quæ raro eueniunt. Et Iura. Iura constitui oportet (vt dicit Theophrastus) in his quæ frequenter accidunt: Si ergo illud est præceptum Christi omnibus impositum, quomodo tam raro obligat? Vel si nō obligat nisi rarissime, quare est

CORRECTIONE. 64

re est impositum sine necessitate vel
vtilitate? Dicere etiam quòd pericu-
lum excuset, præsertim vbi ex corre-
ctione speratur fructus, non omnes
concedunt immo oppositum vide-
tur verius.

¶ Fouerentur igitur mala omnia Nota.
& præsertim hæreſeos labes pestife-
ra, niſi citissimo & immediato re-
cursu ad superiores, sine proceſſu il-
lo Euangelii denuntiarentur & pu-
nirentur. Id quod non ſolum ex an-
tiquis temporibus incipientis ecclē-
ſiæ agnoscimus, ſed hac noſtra mi-
ſera tempeſtate oculis cernimus cō-
tigiffe. Cur enim Arriana hærefis-
tandiu in ecclēſia graſſata eſt, niſi
quia in principio remedium hoc v-
nica neceſſarium non eſt admotum?
Cur etiam Lutherana illa peſtis tan-
tum hiſ diebus inualuit, vt totam
fcre Germaniam deuastauerit, An-
gliam penitus euerterit, & Galliam
ſimul atq; Italiam ipsam magna ex-

parte

DE FRATERNA

parte inuaserit, nisi quia negligenta
prælatorum & principum, re-
medium huiusmodi seueræ puni-
tionis non est adhibitum? Quo si
vi si fuissent sine aliis superfluis ad-
monitionibus vel disputationibus,
non dubito quin melius multo res
habuisset. Experimur deniq; fœlici-
tatem huius nostre Hispaniæ in re-
bus fidei, quam post Dei misericor-
diam, non possumus non adscribere
diligentiæ seu vigilantiae inquisito-
rum patrum in hæresibus indagan-
dis, & zelo ac seueritati catholicorū
principum in eis iustissime punien-
dis. Utinam hoc idem salutiferum
remedium vniuersus orbis agnosce-
ret, quo aduersus omnes pestes muni-
retur.

¶ Nec mihi respondeas solum cri-
men hæresis ob suam enormitatem
exceptum esse, quia videlicet pericu-
losum sit & magis infectiuū, minusq;
curabile. Nam nullus fere scholasti-

corum

CORRECTIONE. 69

corum doctorum illud excipit, & alia multa sunt æque grauia & forte minus tolerabilia: quæ tamen secundum eos admonitione corrigenda sunt ante q̄ denuntiētur. Sed quia de hac materia, nempe quod hæreticus pertinax sit statim denuntiandus, nulla admonitione præmissa: infra Deo dante tractabimus conclusio-
ne. 6. propositione. 6. hæc tetigisse sufficiat.

¶ Item probatur illud præceptum perniciosum fore, & religionis, obseruantiae quæ subuersium. Sequeretur enim, raro immo rarissime mala plurima posse corrigi: quod quantum sit malum, nemo non videt. Si enim auferas discipline austritatem & saueritatē correctionis, actum erit de religione. Nam vbi nō est sepes, diripietur possessio. Nunquā enim peccatum sine correctione dimittitur, quin mox ad alia multa & maiora pertrahat. Vnde Chri- Chrissto.

I soſto-

DE FRATERNA

sostomus,in illud Pauli . Modicum fermentum totam massam corrum
1.Cor. Ho. pit, ait. Nam si illius duntaxat pecca
mi. 15. tum est, neglectum tamē potest reli
quum corpus ecclesiæ corrumpere.

Quum enim peccator primum non dat poenam, mox alii & eadem com
mittunt. Hoc autem dicit, ut demō
stret pro vniuersa ecclesia non pro
vno tantum eis esse certandum , &
omnib⁹ imminere periculū. Quam
ob rem necessario fermenti simili
tudine usus est. Quemadmodum il
lud licet modicum , totam massam
corrumpit, ita & hic si dimissus fue
rit inultus, inultum etiam fiet ip
sum peccatum . Et sic reliquos of
fendet. Hæc Chrisostomus. Et dist.

Origenes. 45. habetur ex Origene, Iosue.7. Pol
luitur ex uno peccatore populus , &
sicut ex una oue morbida vniuersus
grex inficitur, sic ex uno fornicante
vel aliud quodcumq; scelus commit
tente, plebs vniuersa polluitur. Item

Hic

CORRECTIONE. "

Hiero. 2 4. q. 3. Resecand.e sunt pu-
 tridæ carnes & scabiosa ouis à caulis
 repelléda, ne tota domus, massa, cor-
 pus, & pecora ardeát, corrumpáatur,
 putrefcant, & intereát. Hoc auté ma-
 lum quum in toto corpore ecclesiæ
 appareat, multo magis tamen cog-
 noscitur vīni habere in ordinib⁹ re-
 ligioforum, vbi disciplina negligi-
 tur. Ut enim pestis vehementius fæ-
 uit vbi est hominum multitudo, vt
 in castris, & frequétissimis populis,
 ita & corruptio morum citius cre-
 scit, vbi frequétior est conuersatio,
 & familiaritas maior.

Sed sequella probatur. Nam si
 in quibusuis peccatis non publicis,
 præcedere debet secreta admonitio
 iuxta illius præcepti tenorem: præ-
 lati non possent corripere vlla pec-
 cata nisi quæ iam essent valde publi-
 ca, & scandalis disseminata. Neq; fu-
 turis malis possent prouidere, ante
 quam euénirent. Quum tamen hoc

DE FRATERNA

fit inter officia prælatorum non minimum. Quis enim dubitat, quod si cut ad medicū spectat probe agnoscere morbos, non manifestos solum sed latentiores magis, & eorum radices: quo possit prudentius & opportunius adhibere remedia: sic etiam pertineat ad prælatum cuius est spirituales egreditudines curare, eas scire quæ præsentes sunt, & futuras propicere: ut omnib⁹ opportunè subueniat? Quis autem non nouit, occultum morbum manifesto esse multo periculosiorem? Vbi autem maius est periculum, citius est succurrendum. Nunquam vero nisi à casu currantur, quæ nō satis cognoscuntur. Neq; sciri probe possunt occulta, nisi prælatis manifestentur. Quare si denuntiāda non sunt prælatis, nisi admonitione præmissa: prius profecto nocebunt, quam corrigi valeat. Quis vero (nisi impi⁹ sit) credat christum talia deditæ dogmata: tales ordinasse

dinasse aphorismos, quibus prælati, quos ipse medicus animarum constituit ab officio impedirentur? Ab sit hoc à pietate Christiana. Hæc autem & his similia sequi ex præcepto illo: & patet iam ex dictis, & ex dictis inferius patebit clarius. Quare non esse tale præceptum manifestum est.

¶ Regularis obseruantiae destruictuum fore experientia ipsa (prohdolor) satis superq; nos docuit. Nam quod audiuimus, quod vidimus, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de hoc verbo mortis (ut ita non inepte dicam) hoc utpote experti per multos annos, annuntiamus omnibus qui curam subeunt animatum, & gradum prælationis suscipiunt. Demus enim quod inter regulares ita seruetur hoc præceptum. Necesse est tunc ut omnis via inquirendi, visitandi & castigandi peccata oculta pereat;

DE FRATERNA

& quod qui in sordibus sunt sordeſcant adhuc, & in foecibus peccatorum fuorum perseuerent. Quum enim horum temporum infelicitate, etiā inter regulares, non minima pars sit dissolutorum, qui viam amplam sequuntur, & rigorem disciplinæ subterfugiunt: demus verbi gratia aliquem fratrem fuisse lapsum, socio eius dumtaxat, sciente & videte. Socius deinde zelo indiscreto seruandi dictum præceptū, admoneat non semel sed bis, ac ter. Nunquid ille incorreptus, & adhuc incorrigibilis: præstolabitur cōtestationem aut accusationem? Nonne finget se emendatum, ne vterius contra eum procedatur? Nonne socium deludere, aut alium ignorantē habere procurabit? Interim autē & manet peccatum incorreptum, & semper in de terius procedit: donec in aliorum scandalum prorrumpat: & ita religio per vnum aut alterum infame tur.

CORRECTIONE. 68

tur. Quibus omnibus facile obuiari poterat, si prælato tanquam patri, cui ex officio conueniebat secreta se crete corripere, reuelaretur. Dices. Si de eius emendatione non sperem (quod tamen ante primam monitionem non debo præsumere) dicam prælato tanquam patri, sed non ante quam priuatim corrigā: semper enim præsumendum est pro meliori parte, nisi contrarium cōstiterit. Contra quia experientia docuit cōtrarium, nempe raro vel nunquam delinquentem vere corrigi per huiusmodi admonitiones, sed potius simulare emendam, vel omnino negare peccatum à se commissum. Sic enim nouerūt impii excusare, & ad inuenire excusationes in peccatis suis. Item post talem monitionem vnam aut alteram, nō potest ille denuntiare prælato: donec testes adduxerit, & incorrigibilem deprehēderit iuxta tenorem præcepti. Sed

DE FRATERNA

vbi secretum est omnino , adducere testes est inutile & periculosum , tū propter infamiam peccantis , tum propter damnum corripiēntis . Nā poterit peccans facile retorquere accusationem , aduersus corripiēntem tanquam impostorem , coram testibus adductis : cum reprehensio constet , & delictum primum non constet . Et ita hic ordo potius impediet quām iuuabit correctionem delinquentis . Sed de hoc infra cōclu. 5. cōtrouerſia quarta .

¶ Simili ratione probari potest præceptum illud vergere in perniciem status ecclesiastici , seu clericorum . Quia præter delicta publica & notoria ; vix aliquod posset corrigi aut præcaueri . Frustra enim , & inani labore fatigarētur prælati , ac eorum visitatores , in inquirendo , & per alia iuris remedia procedendo ad correctionem subditorum clericorum , si edictis positis & censuris , nemo

nemo potest reuelare, nisi quod pri-
uatim admonuerit īā & non sit emē
datū. Quum tamen ad prælatos &
eorum visitatores spectet inquirere
de quois peccato, sicut ad eos perti-
net purgare prouinciam, & eam in
omni disciplina pietatis continere,
ut habetur extra de offi. ordī. c. per-
nicioſam. Et si iuxta Paulum data
est illis potestas ad ædificationem
(quum beneficium principis non de-
beat arctari) habebunt liberrimam
potestatem ad ædificandum. Hanc
autem non habebūt liberam, sed hu-
ius præcepti vinculis obligatam, si
non licet eis præterquā de notoriis
criminibus agere. Nam occulta neq;
subditi possent denuntiare, nec ipſi
inquirere, & ita in cassum edicta sua
proponunt, & multis censuris com-
muniunt, quum sine tanta diligen-
tia possint notoria peccata scire &
castigare. Nequè essent eorum edi-
cta ſolum inutilia, ſed impia, quippe
quæ

2. Corin. 10.

DE FRATERNA

quæ Euangelio ex diametro repugnarent. Nam per te Euangelio præcipitur nihil esse denuntiandum prælatis, nisi quod postquam fuerit priuatum admonitum, adhuc tamen non est correctum. Isti vero absolute proclamant sibi omnia reuelari debere, alia per denuntiationem, alia per accusationem, nihil de fraterna illa correctione loquentes, In iuste ergo sibi vēdicare volunt, quod ad illos non pertinet. Vel si intelligi volunt ædīcta sua, seruato hoc præcepto (quod tamen non est credendum) illud deberent rudi populo explicare.

¶ Effet nihilominus illud præceptum sic intellectum valde perniciosum seculari reipublicæ. Quod simili modo probari potest. Nam quām vniuersa respublica, & pacificus hominum coniunctus, non possit diu consistere sine delinquētium punitione & vitiorum extirpatione, in quo

quo gubernationis prima & potissima pars verfari debet, quidqd huic, resistit notum est quòd rem publicā euertit. Nihil autem sic obſtare videatur, quam ignorantia & occultatio criminum & criminorum hominum. Nam quo pacto corripientur, quæ vſq; adeo ignorantur ab his qui corripiendi habent potestatem? Sed niſi ab aliis ſibi denuntiētur: illi ſcire non poſſunt. Si ergo iudices & reſtores hanc curam & potestatem ha-
bent, quam & exercere tenentur (propter ea enim gladium portant in vindictam malefactorum laudem vero bonorum) & alii ſimiliter tenebun-
tur eis reuelare quæ ſciūt correctio-
ne indigere, præſertim ſi iuramento
vel alio modo adſtrigantur. Quòd
ſi præceptum illud ſequi velint, hoc
nunquam facient, neq; facere quidē
poterunt, ſaltem in plurimis. Quan-
do enim vel quomodo quis poſſet
vel auderet denuntiare latrones, ho-
mici

DE FRATERNA
cidas, adulteros, grassatores, infidia-
tores & cæteros id genus homines:
aut eorum scelera detegere, si de his
fraterna admonitio debeat præcede-
re: Aniplus dicam, si talis fieret ad-
monitio, & admonens magno se di-
scrimini committeret, & denuntia-
tio omnino impideretur. Admoné-
do enim peccantem, seipsum dete-
git: & insinuat quòd ipse met denun-
tiaturus est iudici. Quòd si dicas il-
lud præceptum obligare, hoc excep-
to, quando peccatum est in damnū
aliorum, vel spirituale, vel corpora-
le, ut dicunt aliqui. Hoc non satisfa-
cit, nam præceptū illud ex vi cōtex-
tus generaliter loquitur, nihilq; ta-
le excipit. Et qua ratione tu hanc fa-
cis exceptionē, licebit & mihi etiā
pro libito aliam quancumq; facere.

¶ Secundo probatur illud præcep-
tum aduersari optimæ conuersatio-
ni reipublicæ, & communī paci qui
est caus finis. Nam ex obseruantia ta-
lis

lis præcepti , passim & innumera o-
rimentur iurgia, conuicia , tumult⁹,
inimicitia , inter cōciues, vicinos &
amicos, odia quoq; nunquam finien-
da. Talis est enim hominū natura,
vel potius corruptio , vt veritatem
(quæ odiū parit) audire velit neimo.
Deinde quot & quantis agitarentur
scrupulis pusillorū, immo fere om-
nium conscientia , si se ad corrigen-
dum viderent esse adstrictos, & cor-
rigere non auderent facinorosos in
populo, in vicinia vel familia? Fie-
ret itaq; illo existente præcepto , vt
neq; cum aliis, neq; secum ipse pacē
quis posset habere , quam Christus
omnibus summe commendauit. Fie-
ret vt omnes tenerentur correctio-
nis facienda causa, aliorum non so-
lum facta & dicta , sed secretiorem
vitam explorare. Quod quantum ab-
sit à doctrina sanctorum, & Euange-
lica pietate , nouit satis qui hoc cu-
riositatis noxiæ vitiū esse non igno-
rat.

DE FRATERNA

Augusti. rat. Vnde Augustinus de verbis domini sermone. 16. Admonet nos dominus noster, non negligere inuicē peccata nostra, non quærendo quid reprehendas, sed videndo quid corrīgas . Alioqui efficeremur vitæ alienæ exploratores. Hæc Augusti-

De gradibⁿ humilitatis. nus. Et Bernardus inter gradus su- perbiæ primum constituit curiositatem. Et idem de interiori domo. c. 43. Tandiu quisq; sua peccata igno- rat, quandiu aliena considerat. Sed

Plato. & Plato philosophus in Phedro. Ri diculum, inquit, puto, quum mea ip se ignorem, aliena perscrutari velle. Quid in re tam aperta moror? Qui de hac materia plura desiderat: legat Plutarchum tractatu vltimo de vitanda curiositate.

¶ Ad hæc, si tale est præceptum & usque adeo generale, teneretur utiq; ipsi subditi ad prælatorum, cætero rumiq; superiorum correctionem. Vnde enim eximerentur hi à tali ob ligatio.

bligatione, cum superiores etiā sint
fratres, ex testimonio Christi: Om-
nes vos fratres estis, & nō minus cor-
rectione indigeant immo magis: Nā
quum sint personæ publicæ, eorū de-
licta etiam publica sunt censenda,
præsertim quæ ad eorum officium
spectant. Hoc autem stare non po-
test. Quis enim auderet, aut posset,
rein tantam aggredi, aut implere?
Nonne luce clarius constat factum
ipsum? Quis episcopū, archiepisco-
pum, cardinalem, principem, aut re-
gē increpaturus adit, de aliquo eorū
delicto? Esto tamen aliquis audacior
id faceret, nonne hoc esset in dede-
cū ipsorum capitū, ut subditi pa-
riter insurgeret in superiores? De-
mus autem ut libere possent & tene-
rentur maiores suos reprehendere.
Nunquid etiā testibus publicare, &
vsq; ad excommunicationis senten-
tiam perducere? Quis hoc ferat?
At vero Paulus non ita docet Timo. I. Timo. 5.

theum

DE FRATERNA

theum. Sed quid; Seniorem ne incre
paueris, sed obsecra ut patrem. Ha-
betur etiam. 2.q.7. Non est à plebe ar-
guendus episcopus quanuis sit inor-
dinatus. Et c. quū ex iniuncto. extra
de hære. arguuntur laici, qui sacer-
dotes reprehēdere audent. Patet igi-
tur talem corrigendi modum, non
esse inusitatum solum: sed etiam sa-
cris canonibus atq; adeo scriptura
sacra prohibitum, & rationi pariter
aduersum.

Probatio. 2.
*ex testimo:
nijs sanctos:
rum.*

¶ Satis ergo probatum manet ra-
tionibus non exiguis, nos non tene-
ri ad illum ordinem corrigendi in
Euangelio præscriptū, per vim præ-
cepti, neq; in quo quis peccato arguen-
do. Nunc secūdo ostendam⁹ hoc idē
sensisse doctores sanctos, quorum au-
toritatem nullus catholicus conté-
nendam vñquam putauit.

Augu-

¶ Est in primis beatus Augusti-
nus, qui correctionis faciendæ aliū
ordinem docet: quām sit apud Mat-
thæum

thæum designatus. Nec est alicui exi
stimandum hunc tantum virū vel
non intellexisse illum textum , vel
(quod nefas est dicere) aliquid doce
re voluisse contra veritatem Euan
gelicā. Sunt aut̄ verba Aug. in regula
monacharū quæ habetur tom. 2. epi.
109. Si oculi, inquit, petulantia in ali
qua vestrū aduerteritis statim admo
nēte, ne cepta progrediantur, sed ex
proximo corrigātur. Si autē & post
admonitionem, iterum vel alio quo
cunq; die idipsum eam facere vide
ritis: iam velut vulneratam sanan
dam prodat, quæcunq; inuenire po
tuit. Cui autem debeat illam prode
re, paulò inferius indicat, dices. Sed
ante quām demonstretur aliis per
quas conuincenda est, si negauerit:
prius præpositæ debet ostendi (si ad
monita neglexerit corrigi) ne forte
possit secretius correpta innotesce
re cæteris. Si autem negauerit, tunc
neganti adhibenda sunt aliæ: ut iā

DE FRATERNA

coram omnibus possit, nō ab vna te
ste argui, sed à duabus tribusue con-
uinci. Cōuicta verò, secundum præ
positæ vel præsbyteri arbitrium, de-
bet emendatoriam sustinere vindi-
ctam. Quam si ferre recusauerit, & si
ipsa non abscesserit: de vestra socie-
tate proiiciatur. Non enim & hoc
fit crudeliter, sed misericorditer: ne
contagione mortifera plurimas per-
dat. Et hoc quod dixi de oculo non
sigendo, etiam in cæteris inuenien-
dis, prohibendis, indicādis, cōuincē-
dis, vindicandisq; peccatis diligen-
ter obseruetur cum dilectione ho-
minum, & odio vitiorum. Hæc Au-
gustinus.

Hic ergo singula expende, & vi-
debis alium ordinem correctionis
faciendæ: quām communiter docea-
tur à doctoribus scholasticis. Dicit
enim primum, oculi petulantiam
quum secrete videtur, secreta admo-
nitione esse corrigendam, ne ulteri⁹

pro

CORRECTIONE.

74

progrediatur, idest, ne leue peccatum
in principio, dum à nemine corripitur
fiat graue in processu. Vnde Ouidius.
Principiis obsta, sero medicina para-
tur, cum mala per longas inualuere
moras. Quod si admonitione facta
non emendatur, sed peccatum repe-
tit, & quod forte veniale fuit ante, iam
in relapsis fit mortale, & vulnerat le-
thaliter. Iam vulneratam, non dicit
secundo admonendam, sed proden-
dam. Non quidem aliis, sed præposi-
tæ, intellige tanquam matri, ut vel
eius discreta increpatione sanetur.

¶ Est igitur admonitio facienda
iuxta Augustinum, non quidem de
peccato mortali, sed de ipso initio
peccati, ne ultra procedat, quando
videlicet non sumus certi quod fue-
rit mortale, sed timemus ne forte ul-
tra progrediens mortale fiat. Sic etiam
intelligit Adrianus. q. i. de corre-
ctione fraterna ar. 3. in probatione
primæ conditionis quam posuit Asten-

K 2 sis.

DE FRATERNA

sis. Humbertus quoq; super regulam Augustini, intelligit illud de peccatis venialibus, quæ sunt via & initia quædam ad mortalia. Huiusmodi enim, tempestive præscinduntur secreta admonitione, ne vltra progradientur. Et hoc est opus charitatis de quo in prima conclusione loquiti sumus. Cæterum si mortale sit, deferendum est (contra communē opinionem) primum ad prælatū, ut curret & sanet vulneratū. Hoc amplius suadet exemplum illud, seu simile, quod adducit Augustinus de fratre in corpore vulnerato: quod vellet ipse occultare. Nonne crudeliter, inquit, à te fileretur, & misericorditer indicaretur? Vides ergo manifeste, hoc distare multum ab illo ordine euāgelico, & à communi opinione, quæ docet non semel sed sæpius admonitionem esse faciendam de quo uis peccato mortali, ante quām prælato denuntietur.

¶ In hoc

In hoc etiam est contra communem opinionem Augustini sententia, quod docet esse denuntiandum prælato ante conuocationem testimoniū. Ait enim. Sed ante quam demonstretur aliis, per quas conuincēda est si negauerit, præpositæ debet ostendi. Mirum in modū turbauit hic textus Augustini cōmuniter opinantes. Vnde & beatus Thomas secunda secunde. q. 33. ar. 8. ad ultimum quasi coactus est dicere: quod prius dicendum est prælato quam testib⁹, sed tanquā patri, & ut priuatæ personæ, nō tanquam iudici. Itaq; denuntiatio debet præcedere cōtestationē, & contestatio accusatiōem. Sed per hoc non euaditur difficultas quantum ad illos, quia textus Euangelii a perte dicit, adducendos esse testes ante quam dicatur ecclesiæ, id est, prælato, ut ipsi interpretantur. Respondent, Ecclesia accipitur pro prælato, ut iudex est, non ut priuata perso-

DE FRATERNA

na. Contra , quia tunc nō habet hæc
opinio vnde probare pōssit, quod de
linquens sit denuntiandus prælato
vt priuatæ personæ, vel quod fit ad-
monendus secrete, antequām denun-
tietur prælato , vt personæ priuatæ,
Tenet etiam beatus Thomas vbi su-
pra.articul. 7. quod peccatum secre-
tum non est reuelādum prælato an-
te admonitionem, neq; in hoc tene-
tur subditus obedire: quia faceret
contra euangelium. Et quol.i.q.16.di-
cit. Siue procedat prælatus vt iudex,
siue in simplici denūtiatione extra
iudicium : non potest præcipere, nō
præmissa admonitione. Et ita si præ-
cipiat non est illi parēdum : quia est
contra Euangelium reuelare scili-
cet occulta , non præcedente corre-
ctione fraterna. Ergo prælatus siue
vt iudex, siue vt pater,intelligitur es-
se ecclesia secundum eos. Alioqui
non rectè probarent esse contra euā-
grium denuntiare prælato priua-
tim

CORRECTIONE. 76

tim. Vnde neq; solutio star e potest.
Præterea absolute & absq; vlla limi-
tatione dicit textus, quod adducan-
tur testes antequam omnino defera-
tur res ad Ecclesiam, siue ad præla-
tum. Vnde ergo ipsi præsumunt li-
mitationem illam? Si respondeant
quod ex Augustino. Nunquid pro-
pter dictum vnius doctoris, detor-
quendus est textus Euangelii à pro-
prio sensu? Sed nos istas angustias nō
patimur, quia neq; asserimus textū
illum loqui de correctione fraterna
in quovis peccato facienda, sed in
propria iniuria dumtaxat. Neq; bea-
tum Augustinum docuisse fieri cor-
rectionem iuxta ordinem illius tex-
tus Euangelici: sed fieri debere iux-
ta ordinē charitatis & rationis, quæ
semper querit quod melius est. De
hoc autem Euangelium nihil ibi lo-
quitur.

¶ Consonat Augustini sententiae
beatus Basilius, à quo forsitan Au-

K 4 gustinus

DE FRATERNA

gustinus hausit doctrinā illam. Ba
filii enim in regulis fusi9 disputatis.
c.46. verba sunt ista. Quidquid sit au
tem in quo peccetur, id referri de
bet ad antistitem: Siue ab eo qui pec
catum admisit, siue ab his qui illius
conscii sunt, si illud ipsi curare non
possint, eo modo quo præceptū est
a domino. Quando vitium dissimu
latum morbus est in animo oblite
scens, qui propterea incurabilis effi
citur. Et in fine addit. Nemo sit ergo
qui aut peccato alteri9 latebras quæ
rat, ne pro amore, quē fratri debet,
exitium illi conciliet. Neq; suo. Qui
enim seipsum non curat frater est
eius, qui seipsum corrumpit. Hæc
Basilius.

¶ Est igitur peccatum primū ad
antistitem deferendū. Neq; dicit te
stes esse adducendos, aut alia quæ in
illo processu Euangeli ponuntur es
se facienda. Neq; obstare putandum
est, id quod dixit, si illud ipsi curare
non

CORRECTIONE. 77

non possint. Vbi insinuat priuatam admonitionem esse præmittēdam. Nam ita intelligendus est accepisse, sicut & Augustinus supra accepit, quādo videlicet peccata sunt levia, aut initia tantum peccatorum grauium, quæ facili negotio curari forsitan possunt. Quum autem fuerit morbus iam cognitus & perseverās: ut quando ex passione & proposito aut ex malitia peccatur: non ita facilè curari solet, acriora sunt adhibenda remedia: ferro itaq; opus est & disciplina prælati, & idcirco, prætermissa admonitiōe, tūc tanquam inutili, ad prælatum tāquam ad patrem deferri iubet Basilius. Si tamē hæc interpretatio mea circa Basiliū tibi non arridet: hoc saltem negare mihi non potes, quod, præmissa admonitione, sine adductiōne testium, recurrēdum esse ad prælatum Basilius doceat. Quod est manifeste contra communem opinio-

ncm

DE FRATERNA

nem. Id vero quod dicit, Sicut præceptum est à domino, alludit ad illud. Vnicuiq; mādauit Deus de proximo suo, quo quisq; tenetur fratre peccantem corrigere & emendare si potest.

Tertia pba ¶ Probatur demum ex vſu & prætio ex vſu & tica ecclesiæ, que non parum facit Ecclesiæ. ad dogmata stabilienda, vel declaranda. Ut enim ait beatus Augustinus ad Cassulanum, & habetur. II. dist. c. in his. In his rebus de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut prævaricatores diuinarum legum, ita contēptores ecclesiarum consuetudinū coercendi sunt.

I Cor. II. ¶ Quo circa & Paulus ait. Si quis autem vult contentiosus esse (nempe in hoc, quod mulieres non velato capite orare debeant) nos tales consuetudinem non habenius, sed nec Ecclesia Dei. Ecce quāti faciat Paulus

con-

CORRECTIONE. 73

consuetudinem Ecclesiæ, ut illa sola
tanquam sufficienti argumēto, pro-
teruiam contentiosorum retundat.

¶ Est autem consuetudo ecclesiæ,
ad propositum, ut prætermissa ad-
monitione, quæcunque fuerint deli-
cta ad prælatos & alios ordinarios
deferantur, vel per denūtiationem,
vel per accusationem. Sic enim pu-
blicantur edicta episcoporum & in-
quisitorum hæreticæ prauitatis, ut
omnes & singuli Christiani tenean-
tur ipsis denūtiare quidquid aliquo
modo nouerint, quod sit pertinēs ad
hæresim, vel alia huiusmodi crimi-
mina, non excipiendo publica vel se-
creta, admonita, vel non admonita,
vel aliqua simili exceptione facta.
Additur præterea, ne illud quod no-
uerint alicui alii communicare au-
deant, idque sub graibus pœnis &
censuris mandatur. Quod si ille or-
do Euangelicus hic est seruādus, hæc
profecto edicta non solum frustra
publi

DE FRATERNA

publicarentur, quia fere nullus esset
qui vellet aliquid denuntiare, cum
tanto onere præcedentium admoni-
tionū, sed insuper euangelio & præ-
cepto diuino essent aduersa, & ita
omnino intolerabilia.

¶ Dices forte, Semper sunt intelli-
genda huiusmodi edicta humana
cum modificatione, seruata s. forma
euangelica, in admonitione facienda.
Esto ita sit, grauissime peccare con-
uincimus maiores ecclesiæ, illud nō
apponētes edictis suis, vt pote quod
scandalum ponat ante oculos pusil-
lorum contra veritatem euangelii,
dum aperiunt foueam & non occlu-
dunt, & parant laqueos quibus sim-
plices capiantur.

¶ Prædictam formam imitantur
etiam in visitando religiosorū præ-
lati & visitatores, cum præcipiunt
subditis, idq; adiectis censuris & poe-
nis, ne aliquid celare audeant sed fi-
deliter ipsis reuelent, quidquid no-
uerint

uerint corrigendum , aut castiganduni.&c. Nec ipsi consueuerūt addere seruata tamen forma Euangelica in fraterna correctione. Sciūt enim experientia certissima, quòd præter publica crimina quæ celari nō possunt: nihil reuelaretur à subditis , & ita cassus esset & inanis visitatorum labor. Si autem hoc esset contra euā gelium, quis eos excusaret à peccato etiam grauissimo? Et quòd teneantur subditi tali iussioni parere: infra ostendemus clarius conclusione.

5.&6.

¶ Præter hoc autem quòd vniuersitatis ferè religionibus est commune, ut cum de moribus & regimine prælatorum inquiritur, teneantur subditi ex vi statuti, denuntiare quæcūq; nouerint prælatos admisisse, vel omisisse, contra diuinam legem, cōtra regulam, & contra maiorum placita & constitutiones: est etiam hoc speciale in statutis generalibus fra-

trum

DE FRATERNA
trum minorum quæ Barchinonensi-
a dicuntur. Debeant fratres exeun-
tes in reditu suo, secretè Guardiano
suo excessus notabiles sociorum in-
timare. Quòd si non fecerint, per su-
periorem cui hoc constiterit in ieu-
nio panis & aquæ, vel alias punian-
tur. Et si vñus frater excessum alte-
ri⁹ sciuerit per duas vias, vtpote per
cōfessionem, & aliter, nihilominus
suo Guardiano (vt prædictum est) di-
cere debeat. Et in antiquioribus sta-
tutis.c.5.ita habetur. Teneantur fra-
tres exeentes per obedientiam in re-
ditu suo, secretè, Guardiano, excessus
suos notabiles inuicem intimare.
Et si vñus excessum alterius per
duas vias, vtpote per confessionem,
& per alium modum agnouerit: nō
propter hoc minus teneatur (vt præ-
dictum est) dicere Guardiano, & etiā
alteri suo superiori ab eo per
obedientiam requisitus. Quia hoc
nullo modo sigillo confessionis præ-
iudicat,

CORRECTIONE.

80

iudicat, quin potius, si taceret, inobedientiae crimen incurreret. Et si quis contrarium dixerit vel afferuerit, & correctus reuocare noluerit, omni actu legitimo priuetur. Hæc ibi.

¶ Idem habetur quantum ad pri
mam partem in statutis fratrū præ-
dicatorum. Quod videlicet fratres
exeuntes extra monasterium tenean-
tur peccata grauia prælato denun-
tiare.

¶ Sed in constitutionibus sancti
Bonaventuræ, in quodam generali
cap. factis (quo quidem tempore &
doctrina, & religionis obseruantia
in ordine maxime florebat) ultra ea
quæ dictasunt hæc quoq; habentur.
Item dogmatizare quod frater qui
fratrem correxit de aliquo excessu,
secundum normam Euangelii in oc-
culto, non tenetur dicere suo præla-
to quāuis ab eo per obedientiam re-
quisitus, Similiter quod quando ali-

Vide ibi dī.
sim. i.c. 13.

qui

DE FRATERNA

qui sunt socii criminis, non tenetur alter alterum reuelare superiori suo, qui potest & debet prodefesse, & animarum periculis praecauere: ex sententia totius capituli generalis definitum est, hanc doctrinam esse pestiferam. Ibiq, mandatur talia dogmatizantem acriter puniri usq; ad carcerem. Hanc etiam doctrinam sequitur Richardus de media villa, licet in cæteris sequutus sit communem viam. Item beatus Bonaventura super Lucam.c. 17. exponens locū illum. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Coniungensq; locum Matth. quod idem omnino fit canon, dicit, illud Matthei. Si peccauerit in te frater tuus, &c. si de quolibet peccato intelligatur, id est, siue de propria iniuria, siue etiam de illo quod, menscente, commisit, non esse necessitas sed solum cogruitatis, præsertim dum præsumitur quod talis sit incorrigibilis. Tunc enim fortiori manu

manu est corripiendus, id est, prælati
autoritate. Et adducit simile de fa-
cto Ioseph patriarchæ. Vbi cognita
nequitia fratru accusatuit eos apud
patrem de crimine pessimo. Nec ta-
mē eos præmonuit fraternaliter &
priuatim. Ex quo (inquit hic sanctus)
forma datur, quod prælato qui vult
& debet prodefesse etiam nulla præce-
dente monitione, debet culpa proxi-
mi denuntiari, extra iudicium si sit
occulta, & in iudicio, si sit manifesta
& probari potest. Quo circa beatus
Augustinus dicit. Ex gestis sanctorum Lib. contra
possimus & debemus cognoscere, mendacium.
quoniam diuina præcepta scriptu-
rae sunt intelligenda. Quum ergo sic
fecit Ioseph sanctus, cur non corre-
ctionis eius formam dicemus esse se-
quendam, & in præcepto correctio-
nis faciendæ intelligendam & tené-
dam? Dices, Ioseph, non recte fecit.
At qui enī scriptura de hoc minime
reprehēdit: nec aliquis sanctorum

L patru

DE FRATERNA

patrum & doctorum hanc illi im-
pingit culpam. Mitto nunc plures
alias responsiones, quæ ad hoc factū
Ioseph adhiberi solent, quia in illis
refellendis non opus est immorari.

¶ Si igitur in cæteris locū habet il-
la sentētia, Vnicuiq; experto in sua
scientia vel arte credendum est, cur
& expertis & strenuis viris in arte re-
gendi fides nō adhibebitur? Cur nō
habeat autoritatem episcoporum,
inquisitorum, & religiosorum opti-
mè gubernantium consuetudo Nū-
quid plus credendum est literatorū
speculationi, quām expertorum pra-
cticæ? Nonne rerum agendarum pe-
ritiam docuit magistra omnium ex-
perientia? Non ergo immerito bea-
tus Bonau. (qui decem & octo annos
ordinis fratrum minorum supre-
num gubernaculum tenuit) & cæte-
rarum religionum patres in regimi-
ne animarum (quæ ars artiū est iux-
ta Gregoriū) exercitatissimi statue-

runt

runt alium modum corrigendi fraterem peccantem , quām communis scholasticorum opinio introduxit, nobis quē tanquām de iure diuino præceptum intimare voluerit.

¶ Huius autem opinionis causam fuisse existimo, opinatiū ipsorum inexperientiam . Nam si forte animalū regimē subiissent, haud dubie mutassent sentētiā. Vnde pulchre quidem, & vere, Gerson cancellari⁹ ^{Gerson.} Parisiensis ait. Multos itaq; comper ^{3. p. alpha.} tū est ex sacerdotiis doctorib⁹ fuisse , quos ^{62.y.} inexperientia fecellit temporum. Et loquuti sunt non quid fieri posset aut expediret , sed quid stricta iuris diuini vel humani regula dictaret. Hi dum ad experientiam difficultatum, & temporum , & hominum incorrigibilitatem veniunt, mutant plerumq; sententiam. Sic nempe accidisse arbitror nonnullis doctoribus, qui ab opinione communi, experientia rerum conuicti:

DE FRATERNA
vel in totum , vel in partem recesserunt. Manet igitur tertia conclusio firmata rationibus, sanctorum testimoniis, communī usū & practica ipsius ecclesiæ. Nunc ad quartam conclusionem veniamus.

IV. CONCLUSIO.

Quanus ille qui passus est iniuriam debet iniuriātēm corripere : non tamen adstringit seruare illum ordinem Euangelicū Matthei. xvij. Si peccauerit, &c.



RIOR huius conclusio-
nis pars , non eget proba-
tione , quum ex iami dictis
in explanatione & proba-
tione secundæ conclusionis : liqui-
do constare possit. Corripere enim
delinquentem fratrem , natura ipsa
suadet & præcipit , & ex consequen-
ti

ti cum qui nos iniuria afficit. Hoc est enim quod supra ex Basilio adduximus. Eum qui non corripit iniuriam facientem: peccare dupliciter, eo quod non seruet præceptum domini: & quod animam fratris perire sinat. Deniq; hic est communis doctorum consensus, quod fratri in nos peccanti tenemur veniam petenti concedere, & in pœnitentem adhuc arguere: ne difficilis sit venia, aut remissa indulgentia.

¶ Posterior autem pars, ex adductis probationibus ad tertiam conclusionem partim constat, & adhuc probatur multipliciter. Quod vide licet ille ordo procedendi Euangelius, neminem obliget ut præceptū intelligendo præceptum, ut cōmuniter accipitur à theologis, pro lege obligate ad mortale peccatum eius transgressores.

¶ Primo, quia nō est ponendū præceptum diuinum, nisi ubi natura ip-

DE FRATERNA

sa, vel scripturæ testimonium, aut etiā authoritas ecclesiæ cogit illud ponere: alioqui liceret vnicuiq; pro suo arbitratu præcepta diuina asserere vel negare. Quod autem iniuriatus ab aliquo, teneatur illum prium frater naturaliter corripere, deinde si non audierit adhibere testes, postea non acquiescentem ecclesiæ denuntiare, &c. Hoc neq; ipsa naturalis ratio docet semper esse faciendum, ita quod si omittat face re ream se esse iudicet peccati mortalis, ut constat. Neq; est aliquod testimonium scripturæ, nam si quod effet, maximè locus ille Matthæi.18. Sed ille, ut ex infra dicendis patebit, non intelligitur præceptiue obligare, igitur. Præterea, ecclesia nunquam censuit illud esse obseruandum ut præceptum. Nam in re tā graui tandem non dissimulasset: quum tamen passim videat illud non obseruari. Rarissimus enim est, qui passus iniuriā

riam corripiat iniuriantem. Quia
potius rem statim ad iudicem defe-
runt, vel prælato denuntiant, si per
se vindictam sumere, aut nolint, aut
non possint. Neq; in hoc quisq; te
male facere arbitratur: aut ab eccl-
esia reprehenditur.

¶ Deinde si illud obligaret ut præ-
ceptum, & induceret necessitatem
ad sic procedendum: hoc fortasse es-
set ratione finis: quia videlicet id ne-
cessarium foret ad emendationem
fratris, quæ esse debet scopus huius-
modi correctionis, & ex consequen-
ti ordinis corripiendi. Hic autem
processus rarissime est conueniens,
nendum necessarius: ut experientia
constat. Nam frequentius contingit
quod prætermissa admonitione res
ad superiorem deferatur, qui possit
prodere: & sic opportunius & me-
lius corrigitur delinquens. Quod si
contingat aliquando admonere pec-
cantem vel iniuriantem, & non ob-

DE FRATERNA

audiat: raro testes adducuntur. Deinde si adducantur, & apud iudicē accusetur, etiam si non fuerit emendatus: non statim excommunicatur, sed aliis pœnis affigitur, vt etiam inuitus compescatur. Hæc autē non essent permittenda: si tanquam præceptum obligaret ordo ille Euangelicus. Non est igitur pæceptum.

¶ Præterea, difficultas eius (si præceptum esset) aperte ostendit nō omnibus fuisse datum vt tale. Nam quanto pacto tā importabile onus quadret cū illa domini decatatissima sententia. Iugum meū suave est, & onus meuni, leue: Qua propter multi doctores tenuere, & præfertim iuristæ, illud non omnes obligare, sed prælatos dumtaxat, quibus ex officio incubat alios corripere. Hoc autem non ob aliud ausi sunt opinari, nisi eius intolerabili difficultate exterriti, si omnibus communiter & in uniuersum imponeretur vt præceptum.

Multa

CORRECTIONE. 8,

Multa enim patientia, & ingēti charitate opus est ad primam & priuatam admonitionem faciendā, quam vix præstare possint etiam perfectiores in tolerantia iniuriarum. Quid dicam de secunda & tertia? Quid de testibus conuocandis? Quòd si perfecti non agnoscunt illud tanquam præceptum, quia vix unus aut alter, idq; rarissime seruat, quænam ratio est ut vniuersis etiam imperfectis fidelibus imponatur hoc durū, & importabile iugum?

¶ Confirmatur, quia non est credendum omnes Christianos etiā infirmos & fragiles, obligari ad opera magnæ & raræ perfectionis seu charitatis, id enim esset illaqueare pusillorum animas. Tale est huiusmodi correctionis opus, quod quidē, præter alia, requirit in corripiente eximiam quandam mansuetudinē; iuxta illud. Superuenit mansuetudo, & Psalm. 89. corripiemur. Nam si austerior in iu-

rian

DE FRATERNA

riantem corripias: ad deteriora pro
uocabis. Vnde etiam Chrisostomus.
Opus est ut tu qui recte vales, ad æ-
grotum proficiscaris. Quotus quisq;
autem inuenietur, qui, accepta iniu-
ria, tanta sit mansuetudine, tanta pa-
tientia præditus, qui possit aut velit
se ab ira continere, & in fratre pec-
cante concitationis flammarum extin-
guere?

¶ Adhæc. Illa particula, Dic Ec-
clesiæ, non videtur obligare si per ec-
clesiam intelligas ecclesiæ prælatos
(ut cōmuniter exponitur) Quis enim
dubitat, posse nos apud iudicem se-
cularem acceptæ iniuriæ causam a-
gere? Immo id sæpius expedit, cū etiā
ecclesia vti soleat ad causas suas ex-
pediēdas brachio seculari. Alioqui
damnabimus illos omnes qui apud
iudices seculares litigare consue-
runt, ipsumq; iudicium ciuale tollé-
dum esset omnino. Sed ideo Chri-
stus ecclesiæ dicendum esse admo-
nuit

CORRECTIONE. 86

nuit, non quod aliis dicere prohibe-
ret, sed quia volebat ipse in ecclesia
quæ mitius & pacatius agere nouit,
lites omnes & dissidia terminari, po-
tius quam apud seculares iudices.
Quod si semper hoc charitas exigit,
tunc vero maxime, quando ecclesia,
populusq; Christianus, sub Pagano-
rum tyrannide præmebatur. Ne vi
delicet ipsi pagani Christianorum
simultates agnoscerent, & inde scan-
dalū sumerent. Vnde & Paulus (qui
& ipse spiritum Christi habebat) ar-
guit Corinthios, qui apud ethnicos i. Corint. 6;
lites agerent. Audebat aliquis vestrum
(inquit) habens negotium aduersus
alterum, iudicari apud iniquos, &
non apud sanctos. &c.

¶ Admonet itaq; Christus, ne nos
mutuo infectemur, vsq; ad iudiciū
sanguinis apud tribunalia ciuilia,
sed ordine charitatis procedētes, ec-
clesiæ tribunal requiramus : apud
quod nō est iudicium sanguinis, sed
poena

**Homi. c. de
verb. Esa.** **DE FRATERNA**
poena & punitio spiritualis. Admo-
net(inquam) non præcipit. Nam &
Chrisostomus non præceptum, sed
admonitionem illam vocat dicens.
Quodq; Christus adhortatus est vt
faceret homines, quoties inuicē pec-
cauerint: hoc Deus fecit erga homi-
nem. Et loquitur de Ozia Rege, sa-
crum sacerdotium ambiente, quem
Deus punire noluit subito, vt Chor-
e, Dathan, & Abirō, similia medi-
tantes: sed prius sermones admouit
per sacerdotem multa plenos huma-
nitate. Vocat ergo illam adhortatio-
nem seu admonitionem, non præ-
ceptum.

¶ Præterea quū hoc sit opus cha-
ritatis, charitas ipsa debet in eo ope-
re agendo esse regula. Sed charitas
non necessario exigit illum corrigē-
di ordinem. Quanuis enim ille or-
do sit in se optimus, non tamen est
semper expediens, quia non semper
quæ meliora & perfectiora sunt ma-
gis

gis expediunt. Vnde si prælato immediate denuntietur, quando talis est qui posset prodeesse & non obesse, satis erit, etiam si priuata admonitio & cætera non præcesserint.

¶ Hoc etiā quod intendimus (nēpe ordinem illum correctionis non esse præcepti sed consilii) ex ipso quoq; textu Matthæi patere potest. Paulo enim post verba domini, sequitur interrogatio Petri. Domine quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? Usq; septies? Dixit illi Iesus. Non dico tibi usq; septies, sed usque septuagies septies. Hoc autem (quantum ego arbitror) non est præceptū, sed consilium. Quia hic agitur non de dimissione interioris odii & rancoris, sed de venia prestāda in satisfactione damni illati, ut videlicet non exigam ab illo pœnas, neq; iniuria compensationem. Quod quidē ex eo constare potest, quod rancorē deponere teneor necessario, etiam si

iniu

DE FRATERNA

iniurius nō pœniteat, sed adhuc in
sua malitia perfistat, hic autem non
dicitur veniam esse dandam, nisi il-
le pœniteat. Id quod Clarius habe-
tur Luc.17. quando dicit. Si pœnité-
tiam egerit dimitte ei. Et si septies
peccauerit, & septies pœnitentiam
egerit, dimitte ei. Hoc autem nō po-
test commode intelligi, nisi de di-
missione exteriore, quantum ad re-
sarcendum damnum illatum, quæ
requirit in iniuriatis pœnitudinē, vi-
delicet, ut recognoscatur se male fecis-
se, & veniam postulet. Nam facilitas
veniæ, alioqui præbet incentiuū de-
linquenti. Si ergo talem exteriorem
veniam largiri, non est præcepti, ut
omnes fateri habent, quum sit opus
super erogationis, & raræ perfectio-
nis, cur ergo alia quæ ad ordinē cor-
rectionis in eodem casu pertinent,
sub præcepto mortaliter obligante
constituemus? Recte igitur, ut supra
iā diximus. S. B.v. qui in cæteris se-
quitur

quitur opinionem, commnnem, in
hoc sequi non voluit: dicēs illud nō
esse necessitatis, sed congruitatis &
perfectionis.

¶ Caietanus super Matthæi inter-
pretatus illum textum secundū ve-
rum sensum, & sanctorum vestigia
sequutus, de propria iniuria, vt nos
dicimus, in hoc tamen aliquantulū
cespitauit, quòd dicit illud quidem
esse præceptum, sed tunc solum obli-
gare, dum credimus hoc opus esse ad
correctionem fratris. Hoc autē sta-
re non potest. Tum, quia nunquam
videtur fore necessarium sic corri-
pere, cum alii modi sint faciliores
ad exequendum, & efficaciores etiā
ad corripiendum, cum videlicet de-
nuntiatur superiori qui prodesse ve-
lit & valeat, tum etiam, quia sequere-
tur, quòd omnis modus corrigendi
pro tépore esset sub præcepto: quia
omnis talis pro tempore videtur es-
se necessarius, cum credimus illum
vale-

DE FRATERNA

valere & expedire ad emendationē
peccātis. Sufficit ergo agnoscere, nos
teneri ad correctionem iniuriantis,
quemadmodum , & cuiuscunque
alioqui peccantis, quod charitas &
natura ipsa exposcit , modus autem
corripiendi non est in præcepto de
terminatus, quanuis ille in Euange-
lio expressus, sit magne perfectionis,
& vt talis, consultus.

Vide etiam Alexandrum de ales.3.
p.q.61.mébro.4. vbi quærit de eo qui
est iniuriā pass⁹, si teneatur quærere
reconciliationem? Et dicit quòd nō,
satis est illi ex corde ignoscere & de-
ponere rancorem. Quòd si prædicta
forma corrigendi obligaret, tenere-
tur vtiq; recōciliationem quærere.
Ob hāc enim(ut dixit Chrsostom⁹)
mittitur iniuriā pass⁹ ad eum qui
iniuriam intulit. Sed hāc sufficiat
pro quarta conclusione probanda.

Quinta.

U. CONCLUSIO.

QUONIAM doctores scholastici cōiter deuiarunt à vero & germano sensu prædicti textus Matth. xvij. necesse fuit eos incidere in varias & plerumq; sibi in uicem contrarias sententias, & controuersias.



AEC conclusio, ut magis expositione indiget, quam probatione, ita prolixiore quodammodo tractatum requirit, ut appareat quanta fuerit sententiarum dissontantia, ex eo potissimum quod veritas in principio satis spectata non fuerit. Nam parvus error in principio (ut inquit philosophus) maximus solet esse in fine, qua propter rogo te pie lector, ut patienter & attento animo hæc legere

M non

DE FRATERNA

non graueris, cōducent enim nō mo dicum ad veritatis lucē contuendā, quam nos Deo authore, aperire con tendimus.

Sunt igitur in hac materia pluri mæ quæstiones, in quibus fere omni bus doctores non sibi conueniunt. Primū enim solet quæri, An sit præ ceptum de correptione fraterna. Se cùdo, an omnes obliget, aut aliquos dumtaxat. Tertio, an solos fideles, an etiā infideles, vel respectu infideliū. Quarto, an de quibuslibet peccatis, an de occultis tantū & mortalibus. Quinto, de modo corrigendi, de te stibus adducendis, & de excommu nicatione ferenda. Sexto, si huius præcepti omisso fit mortale pec catum, an veniale. Septimo, cum illud sit affirmatiuum præceptū, non obligans nisi pro loco & tempore, quando dicitur obligare, & in hoc multæ aliæ suboriuntur controuer siae. De his igitur singulis agendum

est nobis, ex quo & veritas conclusio
nis patebit, & tota hæc doctrina ro-
borabitur.

¶ Prima igitur controuersia est cir
ca hæc duo, An illud sit præceptū,
& an omnes obliget. In quo sibi ipsi
aduersantur doctores, aliis afferenti
bus illud quidem præceptū esse, sed
non omnes obligare, aliis contra, &
præceptum esse, & omnes sua obliga
tione concludere.

¶ Prima assertio est aliquorum iu-
ris canonici peritorum. Quibus fa-
uere videtur. c. sed illud. 45. distn. &
glo. c. Si peccauerit. 2. q. 1. vbi dicitur,
quod durū est dicere omnes ad hoc
præceptum teneri, quia omnes con-
stitueret transgressores, quia vix ali-
quis seruat illud; exceptis prælatis.
Et ita dicit præceptum esse eis dum
taxat qui constituti sunt in magistra-
tu, siue laici sint, siue clerici. Addi-
turq; alia adhuc limitatio secundū
eandem glo. & secundum Ioannem

DE FRATERNA

de Ligano, quod intelligitur de delicto iam commisso, non de committing, quia illud est quod spectat ad correptionem prælatorum. Peccatum enim committendum præcaue re, ad omnes ex a quo pertinet. Idem tenet glo. c. ita plane. 23. q. 4. Abbas quoq; ca. nouit de iudi. refert Ioannem Andream & Innocentium tenere, quod prælatis est hoc præceptum, aliis autem consilium. Idem tenet Angelus. Denuntiatio. s. i. Nec putas quod Abbas illud imponat Innocentio. Nam haec sunt eius verba. Ad istam denuntiationem non credo aliquem teneri (nisi sit talis ad quem ratione officii & curæ hoc pertineat) nisi sicut ad alia opera pietatis.

Armacha.

¶ Idem tenet Armachanus in questionibus Armenorum. li. 7. c. 9. quantum ad hoc quod solos prælatos obligat, licet non de quolibet peccato, sed de sola propria iniuria interpreetur. Dicit enim hoc præceptum datum

CORRECTIONE. 91

tū esse Petro, & in eo aliis prælatis.
Et tunc habetur, inquit, doctrina
pro prælatis: ut quilibet iudex ecclæ-
siasticus sciat quem modū punitio-
nis exequi debeat erga quoscūq; qui
omnes in fratribus nomine designan-
tur, & hoc specialiter in peccato co-
missō in propriam personam. Vnde
infert, etiā summum pontificem nō
debere vindicare peccatū in se per-
sonaliter commissū, sed post mo-
nitiones in euangelio positas debere
illud ecclesiæ publicare, ne potius
vulnisci, quam corrigere videatur.
Hæc ex Armachano.

Istorum autem omnium ratio
ad arctādum illud præceptum solis
prælatis, & de peccato iam commis-
so, potest esse. Quia nemo potest co-
gere ad poenitentiā seu ad punitio-
nem ad quam ordinatur correctio
fraterna, nisi solus prælatus: quia il-
lius est ultimam penam infligere,
scilicet excommunicationem. Pro-

M ; hibe

DE FRATERNA
hibere tamen tempestive à futuro
peccato, ad omnes spectat ex chari-
tate fraterna.

¶ Alia est communis opinio, tā
iuris peritorum, quām theologorū,
quod illud est præceptum omnes o-
bligans ad corrigēdum fratrem pec-
cantem, siue sit peccatum propria
iniuria corrigentis, siue nō: siue præ-
teritum fuerit, siue etiam futurum.
Alterum ut emendetur, alterum ut
caueatur.

¶ Vtraq; autem positio (nisi ego
fallor) extrema est, & à scopo verita-
tis aberrat: & hoc accidit quia non
sane intellexerunt illum textū Euā-
gelicum iuxta sanctorum patrum
interpretationem, de propria iniu-
ria: sed ad quodlibet aliud peccatū
extenderunt. Hinc enim suborta est
omnis difficultas, hinc nata est con-
trouerbia.

¶ Prima opinio in eo deficit, quod
arcat illud prælatis. Nam cum ibi
aga-

agatur de propria iniuria corripienda, ut supra ostensum est, nec in solos prælatos contingat iniuriam committere: nō est ad illos solos adstrin gendum dictum Christi. Item non est necesse prælatos sic corripere, cum multis aliis modis possint emendare suos subditos, tam in publicis quam in secretis iuxta dispositionem iuris, & experientia ipsa indicat. Alioqui dānabis omnes prælatos qui iuxta illam normam Euā gelii, in punitionibus nō procedūt. Satis ergo erit, si secreta secrete corrigāt & publica publice: prout prudētia & charitas faciēdum esse docuerint. Et hoc est quod Augustinus dicit. aq. i. c. Si peccauerit. Quod publica publice puniantur, & quae se creta sunt, secrete, si possumunt, seruata fama proximi. Item si hoc præceptū deriuatur ab illo legis naturæ. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, quasi à radice ramus, & illud

DE FRATERNA

omnes in vniuersum obligat, ergo
& istud: Vnde non est quod ad solos
praelatos pertineat. Deficit præte-
rea, in eo quod dicit aliis à prælatis
esse consilium. Nam Christi consi-
lia sunt saluberrima, & de meliori
bono, quod dicitur supererogatio-
nis. Hic autem modus corrigendi
peccatum præter iniuriā propriā,
non solum salubris non est: sed mul-
tis nominibus perniciosus, vt supra
monstratum est in probatione ter-
tiæ conclusionis.

¶ Id vero quod dicit, quod de pec-
cato iam præterito corrigere, præla-
torum est, de futuro vero omnium,
nullam habet apparentiam. Nam
quo pacto de futuris peccatis aliquē
poteris corrigere, hoc ordine Euan-
gelii seruato? Et si enim admonere
in occasione positum ad peccandū
vt sibi caueat, salubre consilium sit,
ad id tamen testes conuocare, & de-
inde si ille indignetur & non acquie-
scat,

scat, apud ecclesiam accusare, antequam in peccato fuerit deprehensus: quomodo hoc stare possit cum charitate, non video. Demum excommunicatio locum non habet, nisi super peccatum commissum cui adiuta est pertinacia: non poterit ergo excommunicari propter peccatum quod nondum commisit. Hoc etiam textus ipse manifestat, cum non de futuro peccato loquitur: sed de praeterito. Non enim dicit. Si peccabit, aut peccaturus est in te frater tuus; sed si peccauerit, idest, iam peccatum commiserit in te. Nec ratio cui inititur praedicta opinio vim habet. Nam licet nemo possit iuridice punire nisi praelatus: potest tamen qui libet charitatue corrigere peccantem, & curare pro viribus ut ille emendetur, quod quidem si per se non potest, faciat per superiorem, & hoc sufficit.

¶ Altera autem opinio quae com
muniōr

DE FRATERNA

munior est, eo mihi magis aberrare
videtur, quo intolerabilius iugū om
nib⁹ imponere nititur, idq; absque
ratione & necessitate. Et quia hoc
supra conclusione tertia notum fe
cimus multis modis, hæc nunc ratio
sufficiet. Non enim christus qui est
sapiētia patris, & legifer rectissim⁹,
credendus est statuisse tanquam ne
cessariū ad finem, id quod minime
est necessarium. Quòd autem ille or
do Euangelicus nō sit hoc modo ne
cessari⁹, vel ex eo patet quòd emēda
tio delinquētis (quæ vt finis hic præ
tenditur) pluribus aliis modis habe
ri potest, & sæpe commodius, prout
vnctio ipsa & charitas docuerit, Si i
gitur ex fine sumēda est mediorum
necessitas, nō est quòd adstringamus
homines ad illum tam rigidum cor
rigendi ordinem. Et hoc de prima
controuersia.

Cōtro. 2.

¶ Secunda, inter doctores contro
uersia est, circa hoc, an illud Euange

CORRECTIONE. 94

lii obliget tam respectu infidelium,
 quam fidelium? Quidam enim di-
 cunt, illud obligare fideles inter se:
 non respectu infidelium. Cuius sen-
 tentiae videtur esse Abulensis super
 Matth. 18. q. 91. Et ratio eius est, quia
 frater in scriptura sacra non dicitur,
 nisi de eo qui ad religionem Christia-
 nam pertinet. Quemadmodum
 apud Paulum. Si is qui frater nomina i. Corint.
 tur inter vos. &c. Et olim in lege ve-
 teri ita appellabantur fratres, qui
 eius religionis erant. Leui. 25. Si atte-
 nuatus frater tuus viderit posses-
 sunculam suam. &c. Probat etiam
 hac ratione, quia ille processus Euâ-
 gelii, non poterit seruari cum infidelibus.
 Nam esto quod possim, eos admonere
 priuatim, sed testibus conuenire quo-
 mo poterimus? Deinde ecclesiastica
 censura quod ad eos attinet? Vnde. De i. Corint. 5.
 his qui foris sunt, quid mihi est iudi-
 care? Non nego quin teneamur, inquit
 corripere infideles peccates ex præ-
 cepto

DE FRATERNA

cepto charitatis ; et docere eos ea
quæ sunt fidei, si spes aliqua sit de eo
rum emendatione: sed tamen ille or
do euangelicus, non obligat respe
ctu illorum. Alii vero opinantur, il
lud obligare etiam respectu infide
lium. Et est eorum ratio. Quia præ
ceptum dilectionis proximi omnes
obligat, et respectu omniū, est enim
fundamentum in ipsa natura, ergo
et præceptū fraternæ correctionis
pariter obligabit. Est. n. declaratio
quædā ipsius legis naturæ, vt oēs nos
mutuo diligentes, tanquam natura
ipsa fratres, mutuo etiā corrigamus,
& ad bonū exhortemur. Huius sen
tentiae est abbas. c. nouit de iudi. et
multi alii. Et addunt, quod Papa
habet iurisdictionem super infide
les peccantes contra legem naturæ,
vel bonos mores, qui sunt secundum
eorum legem. Et consentit Angelus
verbo Denuntiatio iuxta princi
pium, dicens, quod infideles possent
denū

CORRECTIONE. 99

denuntiari, quando agerent contra legem naturæ, vel contra suam legē in moralibus, idest, bonis moribus.

¶ Harum duarum opinionū, vtrā què deficere ostendam. Licet enim prima verum dicat, in eo quòd frater accipiendus est pro Christiano iuxta tenorem sacræ scripturæ, nō tamen respondet consequenter ad sua principia. Cum enim fateantur illud præceptum Euangelicum non esse nouum & superadditum legi naturæ, sed declaratiuum solum legis naturalis qua tenemur corripere delinquentem, et hæc omnes concludat etiam respectu infidelium: necessario debent etiam confiteri, hoc præceptum obligare respectu infidelium. Ergo, aut negare debent hoc Euangelii esse declaratiuum tantum legis naturæ, & ita non omnes obligabit respectu omnium, aut si hoc afferant, tenentur etiam confiteri quòd obliget quo ad infideles si

cut

DE FRATERNA
cut ipsa lex naturæ. Vnde non vide-
tur sibi constare prædicta opinio.

¶ Altera autem opinio nimis ex-
tendit nomen fratris contra stilum
scripturæ, et potest impugnari per
rationes prioris opinionis. Sed con-
tra eam præsertim est ratio sumpta
ex textu euangelii. Nam ille textus
(vt ex supradictis patet) loquitur de
fratre peccante in nos, id est, qui ali-
qua nos iniuria affecit, sed cum insi-
delibus nobis iniuriatibus non esse
sic agendum, ratio ipsa luculenter
ostendit. Tum quia nostram corre-
ctionem non recipiēt, nec ex ea ædi-
ficabuntur, qui Christi doctrina nō
sunt imbuti, tum quia cum illis non
potest seruari quod in euangelio di-
citur præcipi. Illi enim nūquām re-
cognoscunt peccatum suum, nec te-
stibus poterunt conuinci, nec denū-
tiari apud ecclesiam, quia nec excō-
municari ab ea. Et secundū hos opi-
nantes, vbi nullus speratur fructus,

non obligat correptio, quare nec in fideles corripere tenemur. Nec eorum ratio conuincit. Nam licet præcep tum correctionis fraternæ omnes obliget, quia est præceptum legis na turæ, sed tamen non sequitur hunc Euangelicum ordinem obligare. Et cum probatur, quia per hoc declara tur illud præceptū legis naturæ, & hic vere includitur, negandum est, immo hoc non est nisi præceptum quodam speciale excellētis charita tis, vel potius consilium saluberrim um, quo cum nobis mutuo noce mus. mutuo etiam reconciliemur.

¶ De illo quod Abbas dicit, infideles posse denuntiari Papæ quid alii sentiant, non libet referre. Mihi sane videtur talis denuntiatio inut i lis prorsus, Et quanquam super infideles subditos posset exercere ponti fex suam iurisdictionem in aliis, non tamen in excommunicatione & cæ teris censuris, quia in hoc sunt extra gremiu

DE FRATERNA

Nota.

gremium ecclesiae. Hinc fortasse occasione sumpsit quidam vir doctus, ut minus considerate affereret, quod Christianus inter infideles degens, teneretur eos peccantes contra legem suam denuntiare praepositis ipsorum, si ex hoc corrigitur. Christiana scilicet piaq; doctrina. Ut iudaeum non recte Iudaizantem, vel Sarracenum, Alchoranum non plene custodientem, tenearis tu qui Christi euangelium profiteris, apud ipsorum infidelium magistratus accusare, quod illa non seruent. Nonne hoc esset auctoritate euangeli peccare? Nonne ille vere peccaret, qui alterius peccato consentiret? At quis nescit infideles in operibus infidelitatis grauiter peccare? Nam & si verum sit, non omnia opera eorum esse peccata contra Gregorium Afimienensem, tamen opera etiam bona alioqui relata ad eorum malum finem, vere peccata esse nemo unquam negauit. Unde si

CORRECTIONE. 97

de si abbas forte intellexit, infideles posse denuntiari de operibus infidelitatis non seruatis turpiter errauit. Sed nō ita credo illum insanisse. Intellexit autē (meo iudicio) de peccatis contra bonos mores & contra legem naturae cōmissis, de quibus non inutiliter corripi possunt, & debet, etiam infideles. Augustinus de Ancona hoc quoq; errore lapsus est quæstione quadam de potestate Papæ, dicens quod Papa potest punire iudæos, si non seruent suam ipsorum legem. Licet enim ecclesia recte permittat infidelium sibi subiectorum ritus, ne videlicet eos exacerbare videatur, & ad odium fidei concitare: eis tamen non potest consentire, neandum fauere. Hoc enim esset infideliati eorum cooperari.

¶ Tertia similiter controvērsia Cōtrouer. 3.
solet esse de hoc. An præceptum illud Euangelicum obliget in omnibus peccatis indiferenter, vel solum

N in

DE FRATERNA

in occultis. Quòd si in occultis, an
in eis quæ vni soli sunt nota, vel etiā
quæ plures quam vnum (quāuis pau-
ci) sciunt? Vnde non inepta est illa di-
stinctio secreti quæ solet communi-
ter tradi. Ut dicatur uno modo se-
cretum , quod probari non potest
per testes sufficientes , vt quod v-
nus tantū scit: alio modo , quod non
est apud omnes, vel apud multos di-
uulgatum. Et quidam quidem dixe-
re, quòd illud præceptum non obli-
gat nisi in peccato secreto primo
modo , quod s. vnum tantū scit, vt te-
net Abulēsis, Matth. 18. q. 97. sumpta
occasiōe ex verbis Aug. qui videtur
ita intelligere illud præceptū. vt su-
pra. 2. et. 4. conclusione retulimus.
Sed cum beatus Augustinus illud in-
terpretetur de propria iniuria ipsi⁹
offensi, non de quolibet peccato , nō
est quòd hæc opinio verbis Augusti
innitatur.

¶ Eandem opinionem sequitur. S
Thomas

Abulēsis.

Thomas (quicquid aliqui dicant.) s.Thom.
 Nam. 2.2. q.33.ar.8.postquam recita-
 uit opinionem eorum qui dicunt, in
 omnino secretis non oportere serua-
 re illud præceptum, nec testes addu-
 cere: eam reprobat, asserens quod in
 omnino secretis seruandum est illud,
 & testes adducendi. Idemq; apertius
 dicit in .4. dist. 19. q.2.ar.3. quæstiun-
 culæ primæ ad secundū. In peccatis,
 inquit, denuntiandis, considerandū
 est, utrum peccatum sit omnino oc-
 cultum, aut ad notitiam aliorū per-
 uenerit: aut in promptu est ut deue-
 niat. Si enim alii sciant, aut in prom-
 ptu est ut ad notitiam aliorum deue-
 niat, debet dici ei qui potestatē ha-
 bet corrigendi, ut qui scandalizati
 sunt de culpa, ædificantur de pœna,
 aut scandalō occurratur, si est in via
 ad scandalum. Eiusdem S. Thomæ
 hæc etiam sunt verba. Circa publi-
 cam denuntiationem distinguendū
 est. Aut enim peccata sunt publica,

DE FRATERNA

aut sunt occulta. Si quidem publica,
non est tantū adhibendum reme-
diū ei qui peccauit, ut melior fiat,
sed etiam aliis in quorum notitiam
deuenit, ut non scandalizentur. Ideo
talia sunt publice arguenda, secun-
dum illud apostoli. Peccantem corā
omnibus argue, ut cæteri timorem
habeant. Si vero peccata sint occul-
ta, sic videtur habere locum quod
dominus dicit. Si peccauerit in te
frater tuus. &c. Quando enim te of-
fendit publice coram aliis: iam non
solum in te peccat, sed in alios quos
turbat, hæc ille. Et sumpsit ab Augu-
stino, sermone. 16. de verbis domini.
Nec solum hæc, sed multa alia sub-
nectit S. thomas, quibus indicat ma-
nifeste de peccatis occultis intelli-
gendū esse illum locum.

¶ Sunt alii oppositum opinantes.
Quod videlicet in omnino occultis,
non obligat ille processus euangeli-
cus. Nec vltra primā monitionem,
inquiūt,

CORRECTIONE. 99

inquiūt, procedendū est. Eſſet n. diſ-
famare fratrem. Hoc tenet Altisio-
do. libro.3. tracta. 25. c.2. Et Durādus
in quarto. diſtin.19. q.4. quorum ra-
tiones poſtea tangenius ſequenti cō-
trouerſia.

¶ Tertia opinio eſt, quòd illud pa-
riter obligat, & in omnino ſecretis,
& in his quæ paucis ſunt nota. Quā
opinionem magna pars doctorum,
tam iuristarum, quāni theologorum
ſequitur. Vides igitur quām ſint di-
ſpares doctorum ſententiae, no ob a-
liud (opinor) quāni quòd à ſenſu li-
terali illius loci, & ab antiquorū do-
ctrina receſſerunt. Quod ut clarius
pateat, referam imaginationē Abu-
lensis non minus falſam, quām no-
uam. Correctio fraterna (inquit) fo-
lum habet locum vbi peccatum ma-
net actualiter. Ita quòd ſi ſemel quis
peccet, licet nō conteratur de actu,
& ſic maneat reatus culpa, ſi tamēn
non iterat peccatum, vel non eſt in

Abu. Matt.
18. q. 83.

DE FRATERNA

cōtinuo actu peccati ut concubinarius, vel aliena retinens, talis non est arguendus secundum hunc processum probat. Nam qui aliū corrige re debet, oportet ut cognoscat eius peccatum. Sed quando peccatum manet solum quo ad reatum, non cadit sub cognitione humana, ergo. Secundo. Quia peccatum quod corrigitur, debet coram testibus dici, ut nouerint quod testari possint. Illud tamen videre non possunt, nec aliquo modo cognoscere, ergo. Tertio. Quia dicit si te audierit. Vbi notatur quod corrigens potest scire an peccet, an audiat vel non. Sed de peccato manente solum quo ad reatum non potest scire, an audierit illum. Potest enim alter metiri, quod audierit. &c

¶ Hæc opinio licet in aliquo consentiat cum communi aliorum sententia: in hoc tamen valde extranea est, quod asserit peccatum non esse corrigendum, nisi iteratum fuerit vel actu

actu maneat. Nec rationes eius aliquid concludunt. Quanuis enim reatus interior peccantis me lateat, si tam vidi eum peccantem, & non video poenitentem: quis vñquam dubitauit teneri me ad illum corrigendum? Non enim obligatio est ad corrigen-
 dum de reatu quem non video: sed de exteriori peccato quod noui: de quo nullani poenitentiā vel emendationem video. Nonne periclitantem & deuiiantē a via salutis, teneor reducere si possum? Sed q̄ i temel peccauit, etiā si commissum non iteret peccatum, deuiauit, nec constat rediisse ad viam (ita enim suppono) nisi ergo signa probabilia eius emendationis video, eadem obligatione tenebor eum corrigere. Nec ad id opus est scire illum adhuc in peccato manere: satis sit eum poenituisse nescire, postquam peccasse eū vidi.

¶ Alia adhuc controuersia est in Contro. 4.

DE FRATERNA
ter communiter opinantes, de testi-
bus videlicet, quando & quomodo
inducendi sunt, in quo mirum est q
sint varii & sibi dissentiant isti au-
thores.

Thomas & Abulensis. ¶ Quidam enim dicunt, quod in
peccatis secretis solum, quae videli-
cet unus tantum scit, inducendi sunt
testes. Nam quod multi sciunt, omis-
sis testibus, denuntiari oportet ei qui
potest corripere. Immo (ut dicit
Thomas) etiam si secretum sit, mo-
do sit in promptu ut ad notitiam a-
liorum veniat: dicendum est ei qui
corrigere potest.

Alfrido.
Durandus.
Ioannis ma-

¶ Alii vero contra. Quod in om-
nino secretis, non sunt adducendi te-
stes. Et si contingat peccatum itera-
ri, dicendum est potius maiori qui
possit illi obuiare: quam testibus no-
uis, ut videant actum peccati, sintq;
eius exploratores. Tunc ergo solum
sunt testes adhibendi, quando pecca-
tum ita est secretum, ut tamen pau-

cis sit notum. Et non alii quām illi quibus fuit notum, sunt aduocandi ut testes. Maioris tamē in. 4. d. 19. q. 2. limitat hoc, quod noui testes non sunt aduocādi: nisi casu quo minus noceat peccanti infamatio illa testium, quām detrimentum salutis animæ. Itaq; melius erit sic infamari, quām in peccato manere.

¶ Abbas quoq; Panor. in. c. nouit. Abbas.
de iudi. tenet hāc opinionem, quod in omnino secretis, satis est admone re peccantem: & quod ibi impletur præceptum sine testiū inductione. Quod si non audiat, denūtietur prælato. Quia, inquit, talis est intentio præcipientis.

¶ Tertia est opinio media, & plures Opin.o.;.
res habet fautores. Nempe Ricardū,
Palud. Gabrielem, & Adrianum.
Quorum sententia est, quod tam in
secretis, quæ scilicet unus tātum no
uit, quām in eis quæ pauci: seruari
oportet totum illum Euangelii pro
cessum

DE FRATERNA

cessum. Et quod testes sunt inducendi ante publicam denuntiationem. Vltra hoc, Adrianus nititur concordare primam & secundam opinionem, hoc modo. Quod vbi peccatum est omnino secretum, quod nec reiteratur, nec probari potest aut per testes, aut per rei evidentiam, tunc locum habet secunda opinio: Vbi vero probari potest per factum, etiam si non sint testes, aut iteratur, & videri potest: tunc sunt testes adducendi, & habet locum prima opinio. In hoc idem consentit Gabriel. Sed hanc concordiam non patitur Durandus qui secundam habet opinionem. Et expresse dicit, quod vbi non sunt testes ipsius facti: non sunt adducendi etiam si factum iteretur, sed potius reuelandum ei qui possit autoritate sua prohibere. Non admittit etiam predictam concordiam prima opinio, quae tenet quod adducendi sunt testes ut videant delictum: etiam si ita sit

sit secretum, quod vnum solus nouerit. Petrus quoq; de Palude talem facit limitationem. Si est peccatum secretum & nulli nocuum, nec corrigitur per admonitionem eius qui nouit, nec alterius qui prodesse potuit, si tamen est spes quod explorando eum per testes melius corrigetur: tunc aduocandi sunt testes ad experimentandum quatenus in delicto reprehendant hominem. Quod ex hoc simili probari potest. Nam si medicus praeuidet quod si permittat morbum facere cursum suum, melius curabitur: tunc non inepte facit permittendo ad tempus morbum, ut radicatus euellat. Sic in proposito, si praelatus vel alius permittat iterari peccatum: ut per testes melius convincatur. Alii dicunt, quod in secretis vnum testis tantum est aduocandus. Abbas etiam Panor. contra communem aliorum sententiam, tenet quod in publicis etiam peccatis, testes

DE FRATERNA

stes oportet adducere secundū processum Euangeli. Et probat, quia. c. nouit de iudi. loquitur de caſu publico, in quo dicitur quòd rex Angliae debuit probare quòd fecerit ad monitionem & contestationem.

Ecce quanta fuerit in hac re opinionum varietas, non ob aliud (opinor) quām quòd fundamentum non habuerint veritatis. Quod nunc conabor rationibus nō contemnendis ostendere.

¶ Et primum, quòd in peccatis secretis quæ vnuſ tantū ſcit, non debeant testes conuocari, præſertim ubi peccans non defendit peccatum commiſſum probatur. Ideo testes adducere oportet (vt dicit S. Thomas 2.2.q.33.ar.8.) vt oſtēdatur illi eſſe malum quod fecit, ſi defendat peccatū, iuxta Augustinum: aut vt ex verecū dia reuocetur, iuxta Hieronymum, aut vt conuincatur de ſcelere, vt Augustinus dicit in regula, vel vt probet

bet admonitionem & suam innocētiā ipse qui corrigit, vt docet Chrysostomus. Sed in crimen occulto, hārum ccularum nulla habet locum, vt adducantur testes quibus reueletur secretū, eo excepto, si neget peccatum esse quod fecit: quod tamē fatetur fecisse. Tunc enim prima causa habet locum solum. Sed extra illum casum, non est reuelandum secretum testibus. Nam talis reuelatio vergeret in infamiā proximi, cū tamē deberet fieri ad tuendam famā eius: ne s. coram omnibus infamaretur. Patet assumptum. Nam cum illi duo sciāt eum deliquisse: facile poterunt aliis publicare. Præterea, Iure naturæ tenemur seruare famam proximi, dempta necessitate & eius vtilitate. Sed hic nulla cogit necessitas, nullaq; appetet vtilitas: vt reueletur secretum, & infametur proximus. Cum enim ex admonitione mea non vult corrigi, quomodo corrigetur

DE FRATERNA

rigetur coram aliis qui peccatum non
viderunt: Constantius proculdubio
negabit, & me potius delatorem ac-
cusabit. Si autem mihi fateatur deli-
ctum, nec tamen emendari velle se
dicat: quomodo ad præsentiam alio-
rum qui sunt rei ignari, erubescet
& corrigetur: Retorquebit potius
(ut fieri solet) in increpatē quærel-
lam: & eum legitime duobus testibus
accusare poterit tanquam imposta-
rem. Item cū in fraterna correctio-
ne id summe cauendum sit, ne frater
fiat deterior, sitquè in promptu ut
adductis testibus, magis ad iram &
odium concitetur quasi iniuste dif-
famatus, & ita fiat deterior: manife-
stum est id nullo modo fieri debere.
Præsertim cum aliud superimmi-
neat damnum. Nempe quod adduc-
cens testes, potest corundem testimo-
nio infamari si accusatus velit in eū
retorquere iniuriā. Nec valet quod
aliqui somniarunt ad tale periculū

cua-

euadendum, vt. s. non duo, sed vnuſ tantū testis adducatur. Bone Deus, & quid tune proderit, niſi eum diſſa mare, & magno periculo odii expo- ponere? Non ſunt igitur adducendi teſtes, in hiſ quā omnino ſecreta ſūt ut eorum verecundia eniendetur.

¶ Nec etiā ob quartam cauſam, vt admonitio facta probetur. Non enim poſteſt ex eo publice denuntia- ri: cum illi non ſint teſtes delicti, ſed dumtaxat admonitionis. Dices, ſuf- ficit quōd ipſe denuntians eſt con- ſcius delicti. Nō ſufficit, nec illi cre- dendum eſt: etiam ſi ſit episcopus. Pa- tet ex concilio Vienē. 6.q. 2. ſi tantū. Si episcopus alieni ſceleris ſe cōſciū nouerit, quāmdui probare non po- teſt nihil proferat: ſed cum ipſo ad compunctionem eius, ſecretis corre- ctionibus elaboret. Item. c. placuit eadem. q. & ex concilio Aphricano. Placuit ut ſi quando episcopus dicit aliquem ſibi ſoli proprium crimen
fuiffe

DE FRATERNA

fuisse confessum; atq; ille neget: non
putet ad iniuriam suam episcopus
pertinere, quod illi soli non creditur.
Et c. plerumq; Boni viri propterea
sufferunt aliorum peccata & ta-
cent, quia saepe deseruntur a publicis
documentis, quibus ea quae ipsi sciunt,
iudicibus probare non possunt. Et
est sumptuim ab Augustino.

¶ Restat ergo, quod si in peccatis
secretis aduocandi sunt testes, id de-
bet fieri ut peccans deprehendatur in
scelere, & conuictus a testibus, admo-
neatur. Quod & fatentur qui primā
et tertiam opinionē sequuntur. Illud
tamē improbatur multipliciter. Pri-
mo ex dictis ipsorum. Dicunt enim,
quod quando peccatum non præsu-
mitur iterandum nec probari potest:
non sunt adhibendi testes. Et tamen
euangelium absolute loquitur, si te
non audierit, adhice tecum unum
aut duos testes.

¶ Secundo, sic. Dannandi sunt il-
li qui

li qui se faciunt exploratores vitæ alienæ iuxta Augustinum sermo. 16. Augu.
de verbis domini. Vbi ait. Admonet nos dominus noster nō negligere in-
uicem peccata nostra. Non quaren-
do quid reprehendas, sed videndo
quid corrigas. Alias efficemur ex-
ploratores vitæ alienæ. Hoc idē ad-
ducit S. Thom. 2.2.q.33.ar.2.ad.4.di-
cens, quòd prælati tenentur inquire
re peccata ex officio, alii vero non
tenentur. Qui autem ad inquirendū
peccata occulta alicuius, vt testes
fiant, accedunt: nonne exploratores
sunt vitæ alienæ? Nonne prælatorū
officium iniuste usurpant? Confir-
matur per illud, Prouer. 24. Ne in-
fidieris & quæras impietatem in do-
mo iusti; & non vastes requiem eius,
idest non quæras occasionem diffa-
mando cum (ait Nicolaus Lyranus)
eo quòd in aliquo deliquit.

¶ Ad hæc argumenta respōdet Pa- Palude.
lude. Quòd illud Augusti. quòd non

O debe

DE FRATERNA

debem⁹ fieri exploratores alienæ vi-
tæ, verum est, n̄i quādō aliter reme-
dium adhibere non possumus. Nec
id est prodere peccatorem, siquidē
licet dicere prælato crimē omnino
occultū vt profit. Et ob id nec iniu-
ria est. Potius enim conscientiæ, q̄ fa-
mæ prospicere debemus. Vbi vero
non speratur correctio per obserua-
tionem testiū, melius quām per pro-
hibitionen: tunc nō liceret permit-
tere peccatum: siquidem alio modo
Caietanus. prohiberi potest. Et Caietanus ad ar-
gumentū de proditione dicit, quōd
illud nō est prodere, sed charitatiue
corrigere. Nam (vt dicit Augustin⁹)
fratres nostros quos indicando cor-
rigere possumus, non debemus tacē-
do permettere perire. Nec hoc esset
vitam alienam explorare, sed occur-
rentem morbum proximi demon-
strando velle curare: ex quo simplex
admonitio non sufficit ad curatio-
nem. Nec verum est, quōd esset ma-
gis

gis secundum charitatem, indicare ei qui posset impedire actum reiterā dum. Quoniam hoc remedium non est curatiuum morbi: postquam impeditus iteraret, si posset. Charitas autem quærit sanare morbum proximi, & propterea suadet demonstrare iterandum, ne putrefacat occultus morbus. Non est tamen danda occasio qua iteretur peccatum, quia non sunt facienda mala ut eueniant bona: sed tantum permittendum est, ad hibitis testibus, ut sic curetur & ause ratur peccatum. Hæc ille.

¶ Sed iste evasionses nō satisfaciūt, quod facile demonstrabo. Et primo argumentor contra primam evasionei. Ex dictis ipsis respondentis nō dicimur exploratores vitæ alienæ, quando aliter remedium adhiberi non potest &c. Igitur si remedium aliud possit adhiberi: tunc exploratores judicabimur vitæ alienæ convocando testes. At vero in casu patē

DE FRATERNA

re aliud remedium cōmodius, notū est. Nēpe si dicatur ei qui potest im pedire actum iterandum. Nam mul to melius est à lapsu præseruare, q̄ post lapsum erigere. Et satius est me dicum præcauere morbū, quām per mittere, vt curet. Hinc dicūt docto res, magis obnoxios esse Deo innocē tes, quod eos præseruauerit à lapsu, quām pœnitentes quos permisit ca dere. Quia excellentius donum est innocentia ex se, quām pœnitentia. Vide. S. Tho. 2.2.q.106.ar.2. Sati⁹ ergo erit dicere prælato: quando talis est vt possit præcauere peccatum sub diti. Ille enim primo admonebit se crete & paterne delinquentem, ne in fametur. Quod si negauerit, nec spe retur emendatio eius, poterit tunc prælatus aliquos submittere qui ex plorent delictum eius si forte itera re præsumpserit (quanuis permitte re eum peccare non debet cum te neatur prohibere nisi forte ad euitā dum

dum maius malum) & cum illum de
prehenderint, conuictum duobus te-
stibus poterit legitime punire. Sic
melius curari potest æger: & eius fa-
ma non tantum lacerari.

¶ Ipsi etiam opinantes confitetur
(coacti forsan authoritate Augusti
ni in regula) quod post secretam ad
monitionem, si peccas audire nolue-
rit, teneor dicere prælato tanquam
patri. Merito quidem, quia illius est
peccata subditorum inquirere, nec
possunt illi iuste irasci, cu[m] teneatur
reddere ipse rationem pro animab[us]
subditorum. Qui autem recalcitra-
uerit, ipse sibi infamiae causam præ-
bet, & ideo nec contra testes potest
iuste cōqueri. Præterea secundū præ-
dictum doctorem, vbi non speratur
melius corrigi sic obseruādo quām
prohibendo, esset mortale peccatū
permittere ad peccatum ire. Nunq[ue]
autem speratur id. Nā (vt ait Arist. 7.
poli) magis irritatur homo ab ami-

DE FRATERNA

cis, quam ab extraneis. Ideo si contetur natur homo ab amicis, multo magis irascitur. Inde enim rixæ & iræ inter fratres sunt immortales. Quis ergo patienter sustineat, ab eo qui se dicit amicum & fratrem, submitti testes; qui peccatum eius explorent & accusent? Nonne iuste poterit de eo conqueri tanquam de proditore, quod prælato non dixerit qui posset & teneretur famam eius tueri: & dixerit extraneis qui ipsum facile difamabunt? Certam autem habemus experientiam, quod obstinato animo peccantes: non nisi timore & potentia coercentur & corriguntur.

¶ Euasio etiam Caietani pari facilitate eliditur. Negat enim primo ad proditionem pertinere submittere testes. Id ego ostendo. Nam infideli fratri ubi non est necessitas vel magna utilitas, genus est proditionis. Hic autem nulla est talis necessitas vel utilitas, cum possit melius prouideri

uideri famæ & conscientiæ delinquentis, per diligentiam prælati: cui ex officio incubit ei salubriter prouidere. Quid ergo proderit subintroducere testes explorantes alienū peccatum, nisi illum traducere, & sic negotiantem iustum odium incurrire? Negat deinde magis esse secundum charitatem, indicare ei qui possit impedire actū, quām obseruare cum testibus: quia, inquit, nō est curatiū morbi illud medium. Ratio est, quia iteraret peccatum si posset, sic impedit⁹. Mirabile dictu. Quasi vero non sint remedia curatiua, nisi quæ peccatum ab animo & voluntate expellunt. Hoc modo sola diuina virtus curat. Nos autem non de formalī illa atq; interiori curatione agimus, quæ ad solum Deū pertinet: sed de cura per nos possibili, quæ est debita diligentia: ut delinquens à peccato cellet, & si fieri potest, emendetur. Quod quum ho-

801 DE FRATERNA
mo exhibuerit, ad nihil aliud tene-
tur. Alioqui nunquam posset proui-
deri nolenti resipiscere. Nemo enim
potest corrigere, quem Deus despe-
xerit.

¶ Improbatur etiam prædicta o-
pinio quantum ad id quod dicit.
Quod potest quis permettere fratre
peccare, ut in crimine deprehenda-
tur, & melius corrigatur. Nam sicut
non sunt facienda mala ut eueniant
bona: ita non sunt permittenda ma-
la nisi ad vitandum maiora mala, ut
permittuntur meretrices, ne omnia
libidinibus conspurcentur. Nec suf-
ficit permettere propter maius bo-
num. Nam absolute tenemur malo
obstere si possimus: nisi sequatur
maius malum. 7.q.2.habetur. Negli-
gere cum possis turbare peruersos,
nihil aliud est q[uod] fouere: nec caret
scrupulo societatis occultæ, qui ma-
nifesto facinori definit obuiare. Et
83. dist. Error cui non obuiatur, ap-
proba-

probatur. Permittere ergo fratrem peccare, cum possis impedire: quasi consentire est. Confirmatur ex gloria. Roma. i. Non solum qui faciunt, &c. Consentire, inquit, est tacere, cum possis arguere, vel errorē fouere. Et glosseuit. 20. scindam ipsum. &c. ait. Consentientes autem, qui scilicet possunt accusare, vel arguere, vel monere, & non faciunt: non effugient iudicium. Et Christo. homi. 4. ad populū. Propterea protestor vobis Ianis, quod iudicium vobis erit & condēnatio, & vos Deo iam trado. Si quis tumultuantem viderit, vel loquenter, & illo præfertim tempore non significet nec corrigat. Hoc est oratione melius. Orationem omittens illum increpa, ut & illi parcas & tu lucreris: & ita possimus omnes salvare. Hæc Christostomus.

¶ Secundo, ipsi dicunt (& adfert Adrianus de correct. frater. ad confirmationem secundam) quod est peccatum

DE FRATERNA
catum mortale proximum non ar-
guere propter timorem: quia talis
videtur cōsentire eius peccato. Cur
ergo non peccabit similiter, qui per
mittit illum peccare: potens alioqui
eum impedire denūtiādo suo præla-
to? Nullū ego video discrimē. Qui-
nimmo illic aliq̄ posset eē excusatio
propter timorē. Hic penitus nulla.

¶ Tertio, quando video hominē
ad peccandum currere, sciens & per-
mittens, aut habeo velle circa actū
eius, & cū illud sit vere peccatum,
sequitur quòd volo id quod pecca-
tum est: & ita in illud consentio.
Vel habeo nolle efficaciter, & illud
non stat cum permissione: quia si ef-
ficaciter nollem & possem prohibe-
re, vtiq; prohiberem. Si neutrum ha-
beo, tunc etiam pecco, quia teneor
in casu nolle eum peccare cū tenear
omne peccatū, ne perpetretur, odi-
re, iuxta illud. Odientes malum, ad
herentes bono. Et aliud. Odiui om-
nem

CORRECTIONE. ^{no}

nem viam iniquitatis.&c. Dices. Ha
beo nolle, sed inefficax, & conditio-
natū. Sicut mercator proiiciēs mer-
ces in mare ad euadēdum periculū,
nollet proiicere: si aliter posset euad-
ere. Contra, quia nunquam stat nol-
le conditionatum, & inefficax, sine
velle efficaci, ut patet in exemplo di-
cto de mercatore qui nollet proiice-
re, tamen de facto proiicit. Ergo &
in proposito, q̄ nollet inefficaciter
illum ire ad peccandum, efficaciter
vellet, & ita peccaret.

¶ Ex dictis ergo concluditur, quod
nec prælatis nec subditis ullo mo-
do licet permettere aliquem ire ad
peccandum. Liceret tamen prælatis
quando aliter mederi non poslunt,
aliquos adhibere exploratores, qui
deprehendere possent ad peccandum
euntem, ut vel sic de peccato conuin-
ceretur. Hæc est doctrina August. in
regula, ut iam supra retulimus.

¶ Deinde quarto probatur princi-
pale

DE FRATERNA

pale intētū. Lex naturæ est, vt quod tibi non vis, idest, non velle debes se cundum rectam rationem, alteri ne facias nec velis facere. Sed mihi permittere nō debo velle cōmitere vnū peccatū, etiā si ex illo sciā me euasurum meliorē, quia nō sunt facienda mala vnde eueniant bona, ergo nec proximo id possum, aut de beo, velle permettere.

¶ Confirmatur dictis ipsius Adria ni. Ipse enim improbans tertiam cōditionem fraternæ correctionis ab Astense positam. scilicet quod quando est spes maioris opportunitatis ad corrigendum, debemus pretermittere correctionē, dicit quod propter maiore opportunitatē non est omitenda correctio, si est periculum pecandi vel continuandi peccatū. Nā omnino est obuiādū peccato, si possumus. Quomodo igitur ob meliorē modum corrigendi, permittendus est aliquis peccare?

etiaq

¶ Ad

¶ Ad argumentum autem quod fiebat per Petrum de Palude, respondeatur, quod non est simile de medico, qui permittit vnam aut alteram morbi occasionem, ut omnes tollat. Nam ibi non est periculum, ubi una occasio non inducit mortem, quia si induceret, profecto non esset permittenda, etiam si non certitudinaliter, sed probabiliter induceret. In proposito autem, notum est peccatum unum mortem inducere, quare. &c. Valeret forte illud simile ad permittendum peccatum veniale, quod suapte natura non adfert morte, sed de mortali minime. Sic ergo patet primam quam diximus opinionem, cum euasionibus rationum non posse consistere. Nunc etiam secundam opinionem, quae illi prorsus est contraria, aggrediamur.

¶ Tenet igitur secunda opinio, in peccatis omnino secretis non esse testes adhibendos. &c. Contra. Textus primo

DE FRATERNA

primo nihil excipit, cum dicit. Si te non audierit, adhibe tecum vnum, aut duos testes. &c. Deinde. Si nō es- sent adhibendi, ea ratione maxime, ne delinquens infamaretur apud te- stes: sed id non obstat, quia cum maius sit detrimentū animæ quam fa- mæ, animæ potius rationem habere oportet quam famæ. Igitur in casu quod peccans non emendabitur, ni- si testibus cōuincatur, ex eo quod ali- ter non recognoscit peccatum suū: opus est testibus. Tunc autem opti- me fiet, si prius dicatur prælato: & per eum & non per aliam priuatam personam testes ad hibeantur. Con- firmatur autoritate Augustini in regula, vbi dicit, quod si peccator nō audierit prælatum admonentem de petulantia quam vñ tantū nouit, & ad prælatum detulit proferantur te- stes quibus cōuincatur & puniatur. Ecce qualiter in secreto peccato; iu- bet proferri testes. Soluit hoc Durā- dus

CORRECTIONE. 112

dus dicens, quòd Augustinus ibi loquitur nō de eo quod vere est peccatum, sed de occasione peccandi: qualis est aspectus fixus in fœminā. Nec ad id nouos testes esse conuocandos, sed si qui forte aderant qui tamē nō aduerterant rem ipsam, hi inducendi sunt ut aduertant. Sed hæc euasio non stat, & supra exclusa est. Primo enim falsum est: quòd Augustinus ibi loquatur de sola occasione, & nō de criminе. Nam qui bis & ter oculo petulati fœminam intuetur, iam lethali morbo laborat, ut ibi dicitur. Deberet etiam hic doctor diligenter id quod ibi subiugiatur (ut bene notarūt Caietanus & Silvester) Et quod dixit, inquit Augustinus, de oculo non figendo, etiā in cæteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicandisq; peccatis diligenter & fideliter obseruetur. Et testibus demonstrandum, si post admonitionē id ipsum fecerint

DE FRATERNA

fecerint. Ut duorum vel trium pos-
fint ore conuinci. Non ergo euadit
Durandus vim argumenti. Et ne tæ-
dio lectorem afficiam, pro hac quar-
ta controuersia, prædicta sufficiant.
Vbi palam ostensum est, prædictas
opiniones non posse constare, & nō
ob aliud, nisi quòd nō satis animad-
uerterūt locum illū Euangelicū, nō
de quo quis peccato, sed de propria in-
iuria loqui. Abbas quoque in eo de-
niasse cognoscitur, quòd dicit etiam
in publicis peccatis testes esse adhi-
bēdos ad admonendum: cum tamen
ea forma non obseruetur, nec vñquā
obseruata reperiatur. Nam c. nouit
de iudi. de propria iniuria loquitur.
Vbi & rex Angliæ poterat, etiam nō
seruata forma Euangelii, ad Papam
immediate recurrere, vt re ipsa
comperita iniuriam tolleret.

Contro. 5.

¶ Est quinto alia controuersia, de
pœna imponenda his qui correctio-
nem fraternalm nō admittūt. Et di-

2213923

xerunt

xerunt quidā iuris periti, quōd non
est ponenda alia pœna quām excom
municatio, quia illa dumtaxat expli
catur in euangelio. Sed hoc stare nō
potest. Nam cum ad praelatos pro
prie spectet, huiusmodi pœnam in
ferre & exequi, non possent aliter q̄
per excommunicationē punire sic
delinquentes, cuius tamen oppositū
faciunt. Nec propterea errare pu
tantur.

¶ Alii dicunt, quōd potest quidē
& alia pœna imponi: vt tenet Abbas
c. nouit de iudi. Alii, quōd vbi proba
ri potest, si non corrigatur peccans,
debet excommunicari. Sed hoc non
videtur necessarium, quia poterit a
liter corrigi. Innocentius (vt refert
Abbas) tenet, quōd adhuc in occul
tis debet processus seruari à præla
tis. Intellige, ad quos hoc pertinere
dicit Innocentius. Et sic in occulto
debet haberi, vt ethnicus. Sed quo
modo possint adduci testes in peni

P tus

DE FRATERNA
tus occulto , non video.

¶ Alii dicūt(ut refert Abbas) quōd in occulto dicendum est praelato, ut eum moneat oretq; pro eo,& à sacra mentis arceat nō correctum. Quōd si id non sufficiat, excommunicet in genere. Hoc autem ipse met reprobat. Quia praelatus nō potest subtrahere sacramenta occulto peccatori, vt habemus exemplū à Christo , qui sceleratissimo discipulo Iudæ non subtraxit sacramentum corporis & sanguinis sui. Nec iure posset excommunicationem talē in genere ferre.

¶ Circa qualitatem vero & grauitatem culpæ omittentium corrigerere: est etiam non parua difficultas inter doctores. An videlicet mortale sit, vel solū veniale peccatū, omissione correctionis fraternalis? Thomas enim. 2.2.q. 33.ar.2.ad 3.dicit corectio né fratris peccatis posse omitti, primo meritorie,& hoc quando ex charitate omittitur. Dicit enim Augustinus

CORRECTIONE. 114

stinus. i. de ciui. dei. c. 9. Si propterea quis obiurgandis & corripiēdis male agentibus parcit, quia opportunū tempus inquiritur. &c. non videtur esse cupiditatis occasio, sed consiliū charitatis. Secūdo modo prætermittit titur fraterna correctio cū peccato mortali, quando videlicet formidatur iudiciū vulgi, & carnis excruciatione, vel peremptio. Dum tamen ita dominantur in animo, ut fraternæ charitati præponantur. Et hoc vide tur contingere, quando aliquis præsumit de aliquo delinquentे probabiliter, quòd posset eum a peccato retrahere, & tamen propter timorē vel cupiditatēm prætermittit. Tertio modo talis omissio est peccatū veniale, quando timor vel cupiditas tardiorēm facit hominem ad corrīgenda delicta fratris, non tamen ita, quòd si constaret quòd fratrem posset à peccato retrahere aut reuocare propter cupiditatēm vel timorem

P 2 dimit-

DE FRATERNA

dimitteret: quibus in animo suo præ ponit charitatem fraternā. Et hoc modo, quandoq; viri sancti negligūt corripere deliquescentes. Hæc S. Tho. Quidquid sit de aliis secundum modum ita interpretantur quidam, ut debeat intelligi existēte extrema necessitate correctiōis fraternæ. Quia tunc omittens corrigere, præpone-ret vitam & alia temporalia charitati fraternæ. Sed tali glosa non eget S. Tho. qui satis aperte dicit, quando præsumitur probabiliter quod cum posset à peccato retrahere. Nō quod videt eum extreme indigere. Præser-tim quod talis cas⁹ extremæ necessi-tatis nō videtur posse cōtingere, nisi per ignorantia, ex qua peccatū acci-dit: ut cotingit infidelibus res fidei ignorantibus. Item S. Tho. dicit esse veniale quādo fit homo tardior ad corrigēdum, dummodo omnino nō dimittat, ergo si omnino dimittat, qñ probabiliter cogitat posse pro-deſſe

CORRECTIONE. n^s

desse, peccat mortaliter, præponens
saluti proximi, suam temporalem
utilitatem.

¶ Hoc quoq; hic notare placuit.
Quod ex eo quod S. Tho. hic interse-
ruit quædam verba Augustini, non-
nulli errādi occasionem sumpfere,
putātes Augustinum, eiusdem fuis-
se sententiæ. Inter quos fuit Abulen.
q. 95. ad. 3. super Matth. Quia in re nō
possum non mirari, virum alioqui
in sacris scripturis tractandis diligē-
tissimum, tum etiam in euoluendis
doctoribus solertissimum, non ani-
maduertisse ipsam literam Augusti-
ni. Sed fecellit eum forte S. Thomæ
authoritas, cuius doctrinam ut plu-
rimum sequitur, nec immerito. Sed
ut palam videamus mentem Augu-
stini super hac re, nō pigebit mo ei⁹
verba prolixius recensere, nec te le-
ctor pigeat eadem legere.

¶ Volens enim Augustinus ratio-
nem reddere, cur boni simul cū ma-

DE FRATERNA

lis in hac vita puniantur, ait. Plerūq; enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis & corrigendis, male dissimulatur. Vel cum laboris piget, vel cum os eorū verecundamur offendere, vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impeditant aut noceat in istis tempora libus reb⁹. Siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas dimittere formidat infirmitas. Ita ut quanuis bonis vita malorum displaceat, & ideo cum eis non incident in illam damnationē, quæ post hāc vitā talibus preparatur: tamen quia peccatis eorum damnabilibus parcunt, dum eos in suis, licet leuibus & venialibus metuant: iure cum eis in temporalibus flagellantur, quanuis in æternum minime puniantur. Et infra (quæ Thomas allegat.) Et quā uis non in tantum eos metuant, vt ad similia perpetranda quibuslibet eorum terroribus atq; improbitati bus

bus cedant : ea ipsa tamen quæ cum
eis non perpetrant, nolunt plerunq;
corripere , cum fortasse possent ali-
quos corripiendo corrigere: ne si nō
potuerint, sua salus ac fama in peri-
culum exitiumq; perueniant . Hoc
non ea consideratione qua suam fa-
mam ac salutem vident esse necessa-
riam vtilitati erudiendorum homi-
num, sed ea potius infirmitate quæ
delectat lingua blandiens & huma-
nus dies , & reformidatur vulgi iu-
dicium & carnis excruciatio vel pe-
remptio : hoc est propter quædam
cupiditatis vincula , nō propter of-
ficia charitatis. Non mihi ita vide-
tur hæc parua causa quare cū mul-
tis flagellētur & boni , quando Deo
placet perditos mores etiam tempo-
ralium afflictione punire. Flagel-
lantur enim simul , non quia simul
agunt malam vitam : sed quia simul
amant temporalem vitam. Nō qui-
dem æqualiter, sed tamen simul quā

DE FRATERNA

boni contemnere deberent, ut illi
correcti consequerentur aeternam.
Hæc omnia Augustinus. Quæ si vel
parum attéte legisti, intelligis mētē
Aug. fuisse, peccare qdē eos qui cor-
rectionē omittūt timoris causa, sed
nō nisi venialiter, quapropter digne
puniūtur tēporaliter: sed non cū eis
dānabuntur qui corrigi noluerunt.

Cum igitur adeo sit lucida sen-
tentia Augustini, miror eos qui de
hac re aliter loquuti sunt, verba Au-
gustini non animaduertisse. Nā Ga-
briel in canone referēs verba S. Tho-
mæ nō magis ea Aug. tribuit, quam
Thomæ. Ricardus etiā sequens op-
inionē S. Tho. non meminit Augu-
stianus deniq; sequut⁹ eadē Tho.
opinionē, limitare coactus est sentē-
tiam Augustini ad hunc modum.
Quod peccatum quidem veniale est
omissio correctionis fraternalē pro-
pter mētum: cum videlicet non ha-
bet locum correctio fraternalē. Quod
in

in multis casibus contingere potest.
Salua tamen eius reuerentia, ea limi-
tatio stare non potest. Nam Augu-
stinus absolute dicit esse peccatum
veniale, & quod propter illud, boni
temporali puniuntur cum malis.
Attende etiam id quod dicit. Cum
fortasse possint aliquos corrigere.
Adhuc ergo cum possent corrigere
& omittunt: non nisi venialiter pec-
cant. Item temporalem, inquit, vitā
deberent contemnere: ut correcti cō-
sequerentur æternam. Et ideo tem-
poraliter puniuntur omittētes cor-
ripere. Ecce quām aperte dicit eos
peccare venialiter, etiam quando
spes aliqua est correctionis. Præte-
rea quando locum non habet frater
na correctio; nullum penitus pecca-
tum est omittere ut omnes fatentur:
immo est tunc charitatis cōfiliū.
Item ipse Adrianus tenet, quod in
dubio, quando videlicet dubitamus
de fructu nostræ correptionis: tene-
mur

DE FRATERNA

q.i.art.3.

mur corrigere. Necessitas, inquit, corrigédi, aut dubium de profectu: facit currere præceptum correctio- nis. Non valet etiam altera ipsius Adriani limitatio, quòd videlicet de beat intelligi Augustinus, non quan do dimittunt correctionem omni- no, sed quádo fiunt tardiores ad cor ripiendum, vt inquit etiā Thom. Ná ipse met Augustinus reclamat satis, cum dicit eos à deo puniri, eo quòd dissimulant, quòd parcunt, quòdq; debuissent contemnere vitam tem- poralem, vt correcti consequerétur æternam. Propter tardiorē autem correptionē, non dicuntur illi amit tere vitam eternā: sicut alii qui om nino manent incorrepti. Non po test itaq; retorqueri sententia Au gustini à suo sensu quem luculentif-

Frāciscus à simē præ se fert.

Mayrones. ¶ Aliter & quasi ex opposito opi super Aug. natur Franciscus de Mayrones, di- de ciui. Dei li.i.c.9. ve.7. cens, quòd nunquām est peccatum mor

mortale correctionis omisso, nisi
sic omittens consentiat peccato al-
terius. Qui tamenē alioqui tenet cum
communi opinione in cæteris. Sed
in hoc nimis extenuauit illud præ-
ceptū, ut eo modo euaderet difficulta-
tes quibus alios implicatos viderat.

¶ Septima, inquit, veritas est, quod
boni homines cum malis flagellatur
temporaliter: quia de malis suis eos
non corripiunt sufficienter. Hæc est
una inter alias causas, quod iure cum
eis vitam amaram sentiunt, cuius a-
mando dulcedine, eis amari esse no-
luerunt. Intelligendū est enim quod
quatuor gradū sunt in peccato sicut
accipitur in isto loco circa malum
alterius. Primus. Malum alterius dis-
simulare. Secundus. Non solum dissim-
ulare, sed in ipso delectari, citra co-
sensum tamen. Tertius. Non solum
delectari, sed & cosentire. Quartus.
Non solum consentire, sed coopera-
ri. Et ista duo ultima sunt peccata
morta-

DE FRATERNA
mortalia circa mala prohibita.
Quia dicit Apostol9. Quoniam qui
talia agunt digni sunt morte, nō so-
lum qui ea faciunt: sed qui conser-
tiunt facientibus. Alia duo sunt
venialia, quia secundū eundē. Aug.
alibi. Nō est in potestate nostra quin
visis tangamur. Et quantum ad dissi-
mulationē dicit hic, quod tales dissi-
mulātes aliorū peccātā nō puniuntur
cum eis aeternaliter: sed tantū tem-
poraliter. Hæc ille. Hic tamen do-
ctor nimis relaxare videtur præcep-
tum correctionis fraternæ, cum ait
non esse mortale eius omissionem:
nisi sic peccanti consentiat, vel coo-
peretur omittens. Et quanuis Augustinus
asserat, dissimulare propter
metum vitæ, vel rerum temporalium
esse veniale, quod tamē omnis dissi-
mulatio citra cōsensum venialis sit,
hoc non habetur ex Augustino: im-
mo oppositū constat per ipsum
sermone. 16. supra citato de verbis
domini

domini. Si non correxeris, inquit, peior es eo. Et alibi s^ape, Deficit ergo h^ac positio.

¶ Petrus de Palude in 4. d. 19. q. 3. ait, quod propter utilitatem aliorū, sustinendum est odium. Quemadmodum Ioannes Baptista odiū Herodis sustinuit. Idq; sequitur Adrianus. Colligunt ergo quod multa debemus mala sufferre propter correctionē fratrum non omittendā. Sed plurimum refert, sit ne persona publica, an priuata corripiens. Publica enim persona, qualis erat Ioānes, ratione officii tenetur etiam usque ad sanguinem malis resistere, ne subditorum sanguis exquiratur de manibus eius ut habetur. Ezech. 3. Ceterum persona priuata ad id non tenetur, nisi quādo cōmode fieri potest. Sed de his latius agemus infra cōclusione sexta.

¶ Est præterea controuersia quæ Cōtrouer. 7. septimo loco occurrit circa modum & oppor-

DE FRATERNA

& opportunitatem, quomodo. s. &
quando debeat seruari præceptum
illud Euangelii secūdum suum pro-
cessum. Qua quidem in re,tanta est
inter doctores cōcertatio: vt vix pos-
sit intelligi,nedū placari.Cum enim
in eius præcepti obseruatione,tot vi-
derint vndiq; suboriri difficultates,
coacti sunt imaginari , nescio quot,
conditiones & casus , quibus concur-
rentibus , præceptum illud obliget:
& citra illos minime. Cum ergo res
sit tām lata,quām varia: hic oportet
nos aliquantum prolixius labo-
rare.

¶ Primus Astensis.2. parte tit.67.
ar. 4. ponit sex conditiones requiri.
Gabriel in canone lect.74. addit sep-
timam.Excipit tamen ab illis condi-
tionibus nouem casus , in quibus nō
currit obligatio, stantibus adhuc cō-
ditionibus. Ego etiam reperi alios
quatuor casus.Et ita colligūtur sep-
tem conditiones & tredecim casus

Vide

Vide quibus machinis tueri oporteat opinionem istam, quam communem dicunt. Sed nūc videamus quām sibi omnia constent, incipientes à prima conditione, & consequēter alias omnes percurrentes.

¶ Est igitur prima cōditio quam Conditio. I.
ponit Astensis hæc ex parte corri-
pientis, quòd videlicet habeat certā
cognitionē peccati illius quem de-
bet corripere. Et ratio est, quia nisi
certus sit de peccato illius, non est
de quo illum possit arguere, vel ad-
monere. Et multo minus testibus cō-
uincere, accusare, & tanquām ethni-
cum habere, quare tunc Euangelicū
illud non obligat.

¶ Dominus tamen Adrianus in-
surgit in ipsum Astensem instar cé-
foris rigidi, quasi Euangelium pro-
pugnās: nec ipse tamen lineam attin-
git. Dicit ergo q.i.de corre.frater.ar.
3. quòd etiam in dubio tenemur cor-
rigere fratrem. Et probat. Nam vt te
near

DE FRATERNA

near eleemosynam dare non necesse
est vt sim certus de extrema necessi-
tate patientis , satis est si sim dubius,
& quòd probabiliter reputem eum
esse in extrema necessitate. Itē si pro-
babiliter dubito aliquem in præci-
pitium ire,teneor(si possum) prohi-
bere,& eum liberare , igitur non so-
lum certitudo,sed probabilis etiam
ambiguitas in casu obligationem in-
ducit. Moderatur tñ hoc modo sen-
tentiam suam Adrianus,quòd in ca-
su dubii nō debemus peccatum tanq
certum arguere,sed tanquam dubiū,
vt si forte commiserit emendetur,
sin autem,præcaueat ne in futurū
committat. Vterque tamen ex falso
fundamento procedit, quòd videli-
cet illud sit præceptum obligans in
quolibet peccato,quod nos negam⁹.
Et specialiter dictum Adriani stare
non potest , quia si in dubio etiam il-
lud obligat , teneor ergo admonere
primum:deinde si non audierit,con-
sequen-

sequenter ad alia procedere vsq; ad
 excommunicationem. Sed tūc peto
 quomodo quis testibus cōuincetur,
 aut (quod difficilis est) excōmunicata
 bitur, nisi pro certo & indubitato de
 licto. Si dicas, tūc sufficit admonuisse,
 quia cætera non habent locum.
 Contra, nam Euangelium absolute
 loquitur, si te non audierit. &c. ergo
 qua ratione cessat obligatio ad cæte
 ra, etiam quo ad monitionem. Vnde
 in tali casu, & si opus charitatis sit
 admonere fratrem de quo timetur,
 non est tamē necessarium, cum pos
 sit (& forte cōmodius) denūtiari præ
 lato tanquam patri: ut sua prudētia
 & authoritate melius prouideat. Re
 clamat etiam contra Adrianum ip
 se textus Euangeli, qui aperte dicit.
 Si peccauerit in te frater tuus, non
 ait. Si peccaturus est, vel si peccabit.
 Vide. c. sed illud. d. 45. Vbi adducitur
 idem textus. Origenes etiam (cuius
 est illud. c. sed illud, homil. 3. leuitici

Q & qui

DE FRATERNA
& qui inter antiquos solus fauet cō-
muni opinioni) nihil de peccato in-
dubio necessario corrigēdo loqtur.

Tracta. de ~~ad~~ Ad stipulatur etiam Bernardus
octo prectorum, huic nostrae sententiæ, quem Adria-
nus citat contra se, nec tamen (iudi-
cio meo) conuenienter reiicit. Ait
enim Bernardus. Non sis aliis onero-
sus, non reprehendas alios acriter
vel dure increpando, quia fraterna
correctio non habet locum, ubi non
speratur emendatio. Et frustra venit
sonus ad aures, nisi Deus in corde lo-
quatur. Cae*ne* quos imitari non vis,
damnare videaris. Quia in iudican-
do alios, magnum periculum est. Et
tales suspitiones sepe sunt falsæ. Et
siue veræ, siue falsæ sint, diminuunt
tamen affectum & charitatem quā
homo habet ad proximū. Hoc mul-
tum debes cāuere: ne erga te vel quē-
cumque; alium charitas corrumpatur
vel diminuatur: quia non est maius
spolium vel damnū, quam in abla-
tione

CORRECTIONE. n*i*

tione, vel diminutione charitatis. Omnia namq; quanuis vtilia, quāuis necessaria, videntur spernēda, vt iræ turbatio vitetur. Et omnia quæ aduersa sunt vel putantur, sustinēda sunt: vt pacis & dilectionis tranquilitas seruetur. Hæc Bernardus. Quē Adrianus reiicit, dicens quōd excessiue nimis loquitur. At ille loquitur quæ certa experientia didicerat, & feruor spiritus suggerebat.

¶ Addit Astenis secundam cōdi
tionem ex parte corripiētis: nempe
mansuetudinē ad eū quem corripit.
Nam qui asperē corripit, ad deterio
ra videtur prouocare. Vnde Psal.89.
Superuenit mansuetudo, & corripie
mur, Et. 2. Thimo. 2. Seruum Dei nō
oportet litigare, sed mansuetum esse
ad oēs, cum modestia corripiēt
eos qui resistunt veritati. Et multa si
milia.

¶ Hanc conditionem non esse ne
cessariam dicit Adrianus, quia defe-

DE FRATERNA

ctus mansuetudinis non hominem
liberat ab obligatione corripiendi,
cū opportuna importunitas neces-
saria est secūdum illud. Iusta oppor-
tune importune. Sed illud nō vrget,
nam statim sequitur . Argue obse-
cra in omni patientia.&c. Quod tamē
men illa conditio nō requiratur, ex
hoc ostenditur , quod si semper ali-
quis esset immitis in corripiēdo ; de
obligaretur perpetuo à præcepto
correctionis fraternalē: quod tamē vi-
detur absurdum.

¶ Item potest alio modo illud im-
plere. s. denuntiando prælato, vel al-
teri qui prodefße poterit, ergo nō ces-
sat obligatio deficiente mansuetudi-
ne in corripiente. Itē ira in corripiē-
te nōnūq̄ est necessaria, nedū vtilis. s.
quando peccans ad obstinationem
properat. Eccles.7. Melior est ira ri-
su , quia per tristitiam vultus corri-
gitur animus delinquentis. glo. Me-
lior est ira contra peccatum suū vel
alie-

alienum; quia corrigit, non quia vltionem querit. Ira ergo, & si in aliis minus probetur, in prælatis tamen saepe necessaria est contra eos qui obstinate delinquent.

¶ Tertia conditio ex parte corripientis est, quam ponit Gabriel lectio. 74. canonis. Quod non fit corripiens simili vel maiori crimen notatus. Vnde R. 2. In quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas. Et Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia, &c. Isidorus quoq; de summo bono. Non debet, inquit, aliena corripere, q; vitiis est subiect9. Deniq; qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapide mittat, ait Christus. Ex quib9 & aliis innumeris quæ adduci poterant, clare constat liberum debere esse à crimine: qui aliorum criminis est correcturus.

¶ In hac tamen conditione non omnes conueniunt. Nam S. Thom. 2.2.q.33.arti.5.dicit, quod non peccat

Q; ; pec-

DE FRATERNA

peccator corripiēdo humiliter pē
catorem: sed an teneatur non deter-
minat. Ricardus non excusat pecca-
torem, vel occultum, vel manifestū
ab obligatione correctionis, ad mi-
nus in occulto corripiendo: quanuis
non teneatur in publico qui est no-
torius peccator. Et addit quōd tene-
tur resipiscere, vt possit alios corri-
gere. In quo etiā cōcordat Gabriel, &
Palude. Abulē. vero. q. 89. dicit, quōd
regulariter nō tenetur peccator cor-
rigere, sed aliquādo, id quod videtur
ēsse de intentione S. Tho. vbi supra.
Vtraq; tamen sententia videtur defi-
cere. Prima quæ dicit peccatorem
ineptum ēsse ad corrigēdum, & pro-
tunc non teneri, falsum dicit, nam
propter peccatum nemo eximitur
ab obligatione generalis præcepti
de dilectione, ergo nec à correptio-
ne quæ ex illo procedit. Sicut pecca-
tum non tollit obligationē subue-
niendi pauperi necessitatē patienti.

Nec

CORRECTIONE. 114

Nec valet euasio Abulen. quod licet tunc præceptum obliget, sed tamen excusatur peccator: quia pro tūc est impotens ad implendū, eo quod cor reptio eius esset scandalosa. Sed contra, ille non est impotens cum possit alia via corrigere, népe illa saepe iā dicta, reuelando ei qui sine scanda-lo possit corrigere, & spūaliter pro-desse. Sic enim qui nō habet propriū vnde possit succurrere fame moriēti, tenetur per aliū ditiorē succurre-re, si possit. Præterea, nullus quantū uis peccator excluditur ab accusa-tione vel denuntiatione facienda, ni si in certis casibus, ergo nec excusa-tur à correctione, saltem denuntian-do, aut accusando. Stat enim saepe, ut nobis ipsis parcāmus & nō aliis: quia faciliores sumus ad aliena cernenda & corripiēda, quam nostra. Cicero. Cicero.
lib. i. de officiis. Fit enim, inquit, ne-scio quo modo, ut magis in aliis cer-nam, quam in nobis ipsis: si quid de-

DE FRATERNA

Aristoteles linquatur. Aristot. primo Rhetori.
Quoniam homines ut plurimū am-
bitiosi sunt, idcirco increpare alios
iocundum est. Vide etiā Chrifo. ho-
milia. 45. super Matth. opere imper-
fecto. Non est igitur verū quod hæc
opinio afferit. peccatorem excusari
à correctione propter peccatū. Cau-
sa auté huius erroris fuit, quòd pu-
tauerint correctionē esse faciendā
necessario secundum illum ordinem
Euāgelij, quod nos aperte negamus:
& in toto hoc opere demōstrare cō-
tendimus. Deficit etiam secunda po-
sitio, in eo quòd asserit peccatorem
teneri per se corrigere fratrem, de-
cepta similiter in interpretatione il-
lius præcepti. Nā & si teneatur pec-
cator ad correctionē faciendam (vt
rationes contra alterā opinionē pro-
bant) non tenetur tamē per seipsum
facere propter incōuenientia ab a-
liis adducta, qā eius correctio esset
non solum superflua, sed ridicula &
scan

scandalosa forte. Durissimum etiam
videtur id quod addit hæc positio,
quod teneatur peccator resipiscere,
ut possit debite corrigere. Nam tūc
quoties oporteret corrigere & non
resipisceret: toties peccaret de nouo
mortaliter. Item nulla lege tenetur
ille resipiscere, soli⁹ correctionis fa-
ciendæ gratia. Potest enim implere
præceptum adhuc in peccato exi-
stens, cum re vera denuntiare possit
prælato, vel alteri q̄ prodesse possit.

¶ Est præterea quarta conditio, Condit. 4.
quam Astensis tertiani assignat ex
parte corripiens, quod nō sit alius
æque bonus vel melior, qui possit æ-
que corrigere. Nā si alius adsit, præ-
fertim prælatus: probabiliter debet
coniicere quod ille curam habebit
aptius corrigēdi ſtibditū. iuxta illud
Prouer. 22. Quis est filius quē nō cor-
ripiat pater. Tunc autē ipſe tenere-
tur, quando certus effet, quod omnes
alii correctionem negligérēt, ut etiā
tenet

DE FRATERNA

tenet Ricardus. Hæc tamen cōditio
Adriano non placet. Nemo, inquit,
debet præsumere, quòd alii non ne-
gligent nisi illud videat aperte cum
effectu: vel sit valde probabile quòd
corrigēt. Et ita per hoc quòd adsint
alii, non sit ipse liber ab obligatio-
ne corripiendi. Quemadmodum
si bos vel equus fratris erraret, non
liberaretur quis ab eius redductiōe,
Exod. 23. &
Deuter. 22. per hoc quòd sint alii multi qui pos-
sunt reducere: nisi verisimile es-
set alios reducturos.

¶ Sed ut verius dicamus, illa con-
ditio non est necessaria quia innit-
titur fundamēto per nos iam destru-
cto, videlicet quòd in correctione
fraterna necesse sit illum ordinem
Euangelii seruare. Non n. necesse est
per me corrigere delinquentem, nisi
prælatus sim, vel nisi aliis omnino
nō sit qui id possit efficere, & hoc ad
huc sine notabili mei detrimēto, ut
postea docebimus.

¶ Si-

CORRECTIONE. ¹¹⁶

¶ Similiter quod ait Adrianus, si
alii qui adsunt cum effectu non cor-
rigant, teneor ego per me corrige-
re, non est admodum verum. Nam
quod attinet ad præceptum, sat erit
per alium corripere, vel admisione.

¶ Sunt aliæ conditiones requisite Conditio. 5.
ex parte eius qui corrigēdus est, qua-
rum prima & quinta in ordine est,
Quòd sit spes probabilis emendatio-
nis eius. Hanc omnes communiter
tradunt, quia per finem regulanda
sunt ea quæ sunt ad finem. In propo-
sito aut̄, finis correctionis est emen-
datio fratri. Huc enim spectat
illud Prover. 9. cum sua glo. Noli ar-
guere derisorem. glo. Non est timen-
dum, ne tibi derisor cum arguitur,
cōtumeliam inferat, sed potius hoc
prouidendum, ne tractus ad odium
inde peior fiat. Hanc quoq; condi-
tionem reiicit Adrianus. Nam etiā
si talis spes non sit, tenemur nihilo-
minus corrigere delinquentem: quā
do

DE FRATERNA
do verisimile est quod sine nostra
correctione peccatum continuabitur, vel nouum continget. Tenemur
enim orare pro peccatoribus, quam
diu non desperatur de salute ipsorum,
& durante vita, nunquam desperan-
dum est. Sicut ergo non est cessandum
ab oratione, ita nec à correctione.

¶ Sed contra eandem conditionem
est argumentum fortius. Lex corre-
ctionis fraternalis, quae ex charitate
procedit, non solum intendit utili-
tatem delinquentis, sed magis utili-
tatem communem omnium, quae pu-
blica & præcipua est. Stat autem quod
ex correctione nostra pendeat utili-
tas publica, ubi non sit spes emenda-
tionis delinquentis: igitur eo casu te-
nemur correctionem facere. Dein-
de etiam si non sequatur emendatio
peccantis: teneor ad correctionem
procedere. Patet, quia textus tales
limitationem non ponit, immo po-
tius tollit cum dicit. Si te non audie-
rit,

rit, vel si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, quia est incorrigibilis & desperatus.

¶ Additur autē excōmunicatio ne ouis illa morbida totum gregem inficiat, vt intelligamus hic potius spe etari commune omnium bonum, q̄ particulare peccantis. Præterea, lex charitatis non finit, vt si vno modo non possum fratrem a peccato reducere, penitus illum derelinquā, cum alio modo possum. Sed vbi nulla esset spes emendationis illius per meā ipsius correctionē, patet adhuc ali⁹ modus, si videlicet per alium corrigan qui prodesse poterit. Igitur ob eam causam non debeo à correctione desistere. Et in hunc communem errorem etiam ipse Adrianus incidit videtur, intendēs cū aliis quod correctionis admonitio semper debat fieri per nos ipsos, nō per alios.

¶ Scunda conditio ex parte corrigendi & in ordine sexta est, quod peccatum

Cōditio. 6.

DE FRATERNA

catum illius sit mortale. Hæc fundatur in textu vbi dicitur. Si te audierit lucratus eris fratrem tuū. Lucrari enim dicimur perditū, aut saltē peritū: nemo autem dicitur perire nisi propter peccatum mortale, quare. &c. Item in eodem textu excommunicatio præcipitur incorrigibili, quæ nō est ferenda nisi propter peccatum mortale.

¶ Hanc conditionem ponit etiā Palude. q. 3. art. 2. de hac materia. Et Abulensis. Matth. 18. q. 82. Quam extendit Gabriel etiam ad peccatum veniale, quando disponit de proximo ad mortale, vel est generatiuum scandali. Qualis est petulātia de qua loquitur Augustinus. c. 7. regulæ, ut supra tractatum est fusiū.

¶ Sed quicquid sit de ipsa conditione in se, certe extēsio illa Gabrieли superflua esse ex eo videtur, quod veniale quod ipse appellat in tali casu, iudicadū esset potius mortale ratione

CORRECTIONE. 118

tione circūstātiæ. Adde quòd per veniale, vt veniale est, nullus periclitari dicitur quo ad salutem, ita vt necessario sit corrigendus: quia correctione non obligat, sicut nec eleemosyna, nisi tempore necessitatis. Multa etiam sunt venialia, quæ sunt inditia & quasi certa signa mortalis latetis, quæ & corripienda veniūt, vt est illud quod refert Seneca. li. 6. Declarationum. Decla. 8. de virgine quadam Vestali quæ accusata est stupri, & tanquam rea violatæ virginitatis damnata, vt humili infoderetur: eo quòd deprehensa fuerit hūc versum scripsisse. Fœlices nuptæ, moriar nisi nubere dulce est. Ex hoc enim arguebatur expertam fuisse libidinē. Hæc de ista conditione.

¶ Tertia conditio ex parte corrigeendi & in ordine septima est, quòd non sit spes maioris opportunitatis in posterū ad corripiendum, quantū ad temp⁹ attinet. Ad quod trahitur illud

Condit. 7.

DE FRATERNA

illud Augustini, de conflictu virtutum & vitiorum. Aptum tempus expectans peccantē arguam, & eius delicta contra faciem eius statuā. Item
nde ciuitate illud eiusdem Augustini. Si propterea quisq; obiurgādis & corripiēdis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquirit. &c. non videtur esse cupiditatis occasio, sed cō filium charitatis. Hæc quoq; conditio non euasit censuram Adriani. Non enim reputat omnino verum, quod requiratur semper maiorem opportunitatem expectare. Quia potest, inquit, cum minori opportunitate cōcurrere maior necessitas corrīgendi, ut si immineret periculum indigne administrandi sacramenta, vel non restituendi famam, vel non subueniēdi proximo in extrema necessitate, quæ pericula, si vitari possunt per acceleratā correctionem, non debet in aliud tempus differri. Optime instasse videretur Adrian⁹ illam

illam conditionem; iudicio meo, si
eam instantiam non fundasset in ob-
ligatione illius præcepti euangeli-
ci: quod nos toto opere conamur os-
tendere nō esse præceptū. Ad dictū
autem Augustini respondendum est
quod non vrget. Nam Aug. non lo-
quitur d̄ maiori opportunitate, sed
de opportunitate simpliciter. Non
enim dicit, si propterea parcit quia
opportunius tempus expectatur, sed
quia opportunum tempus expe-
ctatur. Et id verum est. Patet ergo
quanta sit cōtrouersia inter hos do-
ctores in conditionibus appositis, vt
possint sententiam suam tueri: de ob-
ligatione illius ordinis corrigendi
qui in Euangelio exprimitur. Sed vt
clarius videat quisq; quas patiūtur
angustias, casus etiam discussiamus:
quibus dicunt non obligare illud
præceptum, etiam conditionibus
seruatis.

¶ Primus igitur casus, in quo non Prim⁹ cas⁹,

R tene-

DE FRATERNA

tenemur corrigere est, quando delictum est publicū. In hoc omnes cōmuniter conueniunt. Nam tunc nō esse necessariam priuatam admonitionem, vel ex eo patet, quod non sit ea admonitio nisi ad seruandā famā proximi, si seruari potest, sed in publicis hoc non habet locum. Nam ille iam seipsum diffamauit publice, ergo. &c. Ita docet Gabriel in canone lect. 74. Sed tamen Petrus de Palu de & Adrianus, non nihil ab eo dissentient. Abbas quoq; Panorm. in c. nouit de Iudi tenet etiam in publicis obligare illud præceptum euangelicū. Nam c. illud de publico peccato loquitur, & nihilominus seruandam esse dicit formam euangeli cam. Item in c. sed illud. 45. d. de publico peccato agitur, & de omni illo quod ad correctionem prælatorum pertinet, cum ergo teneantur nō mīnō publica quām secreta corripere, sequitur intentum.

¶ Dicit

¶ Dicit ergo Petrus de Palude. d
19.q.4.in.4. quòd in publicis, si verisi-
mile est fratrem citius corrigendū
per secretam admonitionē quæ or-
dinatur ad eius emendationē, quām
per iuridicam denuntiationem quæ
ordinatur ad eius confusionem: de-
beo prius secrete admonere. Nō qui
dem propter cōseruationem famæ
quæ iam amissa est, sed propter eme-
dationem conscientiæ delinquētis,
qui si nec sic corrigatur denuntian-
dus erit, ne cæteri scandalizati ma-
neat. Idem videtur tenere Adrianus,
adiiciens rationem. Quòd in huius-
modi correptionibus, quia legē cha-
ritatis se qui oportet ut animam fra-
tris possimus lucrari, necesse est
ea media assumere: quæ ad tales fi-
nem sint accōmoda & opportuna
pro tempore & persona, & aliarum
circumstantiarū occursu. Non enim
sufficit medium esse licitum: sed ut
sit opportunum & expediens. Est e-

him licitum omne quod lege nō est
prohibitum: sed bonum & expediēs
nō, nisi quod est charitati magis cō-
sentaneum. Gabriel quoq; forte pro-
pter aliorum rationes, limitat illū
communem casum ad hunc modū.
Quòd in publicis non teneamur ad
illam Euangelii obseruantiam quā-
do non est spes alicuius profectus: vt
in eis qui impudēter peccāt, vt sunt
meretrices, lenones: & huiusmodi.
Quòd si aliqua habeatur spes profi-
ciendi, admonere oportebit saltem
prima vice, præsertim si prælat⁹ sit
inscius criminis.

¶ Ecce quanta sit varietas inter
hos doctores, & in re quæ nullam vi-
debatur alioqui habere difficulta-
tem. Hæc autem controuersia ex il-
la etiam radice processit, quòd pu-
tauerint omnes præfati doctores il-
lud esse præceptum, & vt tale obser-
uandum: quod re vera non est. Fal-
luntur & non mediocriter, si existi-
mant

CORRECTIONE.

13

mant non esse fraternalm correctionem, quæ per denuntiationem fit ad puniendum delictum. Quasi vero fraterna correctio non debeat magis pretendere bonum publicum, q[uod] priuatum. Nihil ergo impedit eandem esse & iudiciale, & fraterham correctionem. Et ex consequenti si in secretis peccatis tenemur ad correctionem faciédam: multo magis in publicis. Ad medendum enim maioribus morbis, citius & diligenter quam minoribus, charitas ipsa hortatur. Non est ergo necesse pone re illum casum, ut cōmuniter ponitur, si recte ponderentur hæc duo. Quod videlicet in correctione fraternali nō minus prospiciendū est bono publico, quam priuato, & quod sub correctione fraternali, & publica, & iudicialis intelligitur. Ad hæc, quod Abbas dicit in publicis, etiam a prælatis seruandam esse formam Euangeli, non est verum. Alioqui

R ; dam-

DE FRATERNA

damnādi sunt omnes prælati , inter quos multi doctissimi & sanctissimi viri fuerunt , & adhuc esse credūtur , qui tamen eam formam in suis correctionibus , nec seruarūt , nec servant . Peccarēt etiam omnes illi qui publica peccata denuntiant , præter missa admonitione priuata , quod est absurdum . Cum non unq(etiam emendato iam delinquentे) sint de nuntianda propter bonum publicū , quod semper ante ponendum est bono priuato . Publica enim publice sunt arguenda ad publicam ædificationem , ne impunita manere videā-

1. Thimo. 5. tur . Peccantes corā omnibus argue (inquit Paul⁹) & 2. q. 1. c. prohibētur . Non est autem ad propositum . c. notwithstanding de iudi , quod Panor . pro se adducit , quia illud . c. loquitur de propria iniuria , & citra obligationem præcepti , vt supra docuimus . Item . c . sed illud . 45 . d . nihil probat . Nam illud quod de Euangelio ibi ponitur , ad occul-

occulta refertur: quia pro publicis adducit illud Apostoli. Peccates coram omnibus argue. & Hęc eadem militant contra Petrum de Palude & Adrianum. Nec potest stare quod ipsi dicunt. Videlicet, quod non tenetur quis publica crimina denunciare, quoniam iudex ex officio & facti fama potest & debet inquirere. Si enim verum est secundum eos, quod in publicis facienda est admonitio, & non sufficit semel sed saepe fieri, tunc ergo licet iudex ex fama ipsa procedat nihil proderit. Quia nec ipse veritatem poterit inquirere, nec alii tenerentur reuelare, cum non correxerint prius fraternaliter. Vel si forte correxerunt, & iam presumitur emendatus qui deliquerat, non tenebantur tunc manifestare veritatem, quod tamen falso esse, ex supradictis constat. Quid enim si iudex sit negligens, nunquid propterea non est prospiciendum bono publico? Nun-

DE FRATERNA

quid propterea excusari possumus à correctione facienda, quod sit quod possit corripere, licet in effectu non corripiat? Et quidem ipse met Adrianus contra Astensem dixit, quod non excusatur quis ab obligatione corrigendi, per hoc quod sint alii qui aequo bene possint corrigere, si tamen in effectu non corrigan. Item communis sententia est non solum istorum, sed omnium etiam doctorum: quod quandoque docunq; ex peccato adhuc secreto prouenit aliquod damnum reipublicae, spirituale, vel tempore, debet illud denuntiari ei quod possit prodeficere, si alter impediri aut emendari non potest, dictate hoc lege naturae. Quis autem ignorat, si delicta publica non denuntiantur ante admonitionem, maximum dampnum passuram esse rem. delictis manentibus impunitis? Confirmatur hoc ex dictis eiusdem Adriani, qui. q. prima, de correctioe fraterna. ar. 3. tenet, quod ob utilitatem aliorum

corrigendus est publice qui peccauit: quando talis correctio aliis vindetur esse necessaria. Et post illud apostoli, Peccantem coram omnibus argue, etiam allegat Bernardum dicentem. Publice arguere licet propter alios. Item ipse Adrianus cum Palude tenet, quod ante accusacionem non semper requiritur admonitio: adducens factum Ioseph, quod accusauit fratres suos apud patrem, nulla praecedente admonitione. Solent hanc euasionem arripere praefati authores, quod dum proceditur per viam accusationis non oportet praemittere admonitionem: secus dum proceditur per viam denuntiationis. Quia in accusatione, inquit, queritur bonum commune, in denuntiatione, fratriis emendatio. Et ideo quando habetur spes emendationis sine denuntiatione, debet cesare denuntiatio, & sufficit praevia admonitio. Sed contra in delictis
publi-

DE FRATERNA

publicis, eadem omnino est ratio de accusatione & denuntiatione, hoc est bonum cōmune: id enim præteditur tam in publica denūtiatione, quam in accusatione, & ex consequenti si accusatio in talibus potest fieri, sine præuia admonitione: & denuntiatio poterit. Item quando ex ipso delicto imminet periculum reip. tenemur manifestare delictum secundum omnes: nec ad id tenemur accusando, cum accusatio vix possit fieri sine detrimēto accusatis, quod nō tenetur ille subire, si potest illud evadere: tenemur ergo manifestare denuntiando. Et talem denuntiationem non debet necessario præcedere admonitio: cum hic prætendatur bonum cōmune, igitur. Vnde nō reproto verum esse quod Adrianus, dicit. Quod nō læditur cōmune bonum, nisi quando deducitur in iudicium: non antea. Nonne communc damnum est quod alii scandalizentur:

tur: & peccādi audaciā sumant, &c:

¶ Et quidem qua ratione mouen-
tur ad dicendum, quòd in delictis
publicis est admonendus peccator
antequām denuntietur: eadem ra-
tione debent & in accusatione id cō-
cedere. Est enim ratio quia (vt dicūt)
studendum est charitati & emenda-
tioni fratribus, & certe accusatio, si
Christianā sit, non debet aliena esse
à charitate & dilectione fratribus. Si
ergo ad accusationem faciēdam nō
requiritur admonitio, nec ad denū-
tiationem. Et ne videatur eorum ra-
tio aliquid valere, respondetur. Quā
do dicūt, lege charitatis oportet in-
tendere emendationi fratribus ut eum
lucremūr, verū quidem est, sed saluo
semper bono cōmuni: quod primo
& principaliter ex eadem charitate
prætendendum est. Et media oppor-
tuna & expedientia ad hoc, primo
dirigenda sunt. Quòd si tam priua-
tum, quām commune bonum salua-

ri po

DE FRATERNA
ri potest: illud magis curandum est.
Hæc pro primo casu dixisse sufficiat.

Casus. 2.

¶ Secundus casus in quo non obligat præceptum Euangelii est, ut dicunt, quando peccatum est veniale. In hūsmodi enim nō necesse est ad monere fratrem. Vnde & religiosi in suis capitulis possunt se inuicem accusare de talib⁹. Sed in hoc quid im morer, cum in sexta cōditione pau lo superius actum sit? Hoc solū censura dignum puto. Quod si id generaliter intelligent etiam de prælatis, non est verū. Nam prælati tenentur ex officio corrigeret etiam veniam, quia ex eorum frequentia & usu facile deuenitur ad mortale, relaxatur rigor disciplinæ, & status ipse ecclesiasticus & religiosus, quotidie la befactatur. Nā qui spernit minima paulatim decidet. Quo circa beatus Basilius de regulis breuioribus interrogatione quarta quærit. An pro le

Basilius.

eq. 12

uissi

uissimis causis arguendi sint fratres.
Respondet. Ille inclemens haben-
dus qui obticet, non qui arguit. Que
madmodum qui in corpore alicui,
qui à venenata bestia morsus esset, re-
fidere venenum sineret, cum posset
extrahere: iure immitis diceretur,
non qui extraheret. Quin huiusmo-
di (quicunq; est) charitatem euertit.
Siquidem scriptum est. Qui parcit
virgæ odit filium suū: qui autē dili-
git instanter erudit. Hæc diuus Ba-
filius.

¶ Tertius casus in quo non obli- Casus. 3.
gat Euangelium ad secretam moni-
tionē est, quādo peccū fratribus est in
damnū spūale vel téporale reipubli-
cæ: aut proximorū. Et ratio est, quia
bonū cōmune præferēdū est particu-
lari. Vnde et si peccū sit secretū, denū
tiari debet prætermissa admonitiōe
nec oportet habere rationē damni
ipsius delinquentis, quia melior est
conditio patientis iniuriam, quam
infe

DE FRATERNA

inferentis: & ideo illi potius est consulendum. Huc spectat illud Leui. 5. de audiente vocem iurantis in præiudicium alterius, quod tenetur dicere, non obstante damno iurantis: alias portabit iniquitatem suam. Id quoq; suadet lex charitatis qua tene mur innocentē liberare: quod si non potest fieri sine incommmodo iniuriā tis, id curandum non est, sibi imputet. Hunc casum omnes communiter ponunt. Sed S. Tho. limitat addē do si sit periculum in mora, alioqui peccatum secretum non est denunciandum ante præuiam admonitionem. Ratio autem quare in casu nō obligat illud Euāgeliī secundū Tho mam, est: quia tunc non peccatur in te, sed in alios, & ibi signanter dicitur, si peccauerit in te. Idē sentit Ricardus, hoc excepto, quod admonitione non est necessaria secundum eū, licet possit fieri. Durādus tenet admonitionem debere fieri, si firmiter

2.2.q.33.

ar.7.

cre-

creditur profutura: alioqui fiat denuntiatio ei qui prodeesse possit, seruata fama quantum fieri potest.

¶ Palude dicit, quod si peccatum est in nocumétum tertii, & illud est notabile & magnum; debet denuntiari: quia melius est seruare innocētēm indemnem, quam famam mali. Sed tamen secrete denuntiari debet, cum peccatum est secretum. Debet autem denuntiari, nisi per secretām admonitionem credatur posse corrigi. Adrianus etiam addit suū scrupulum, quod in casu peccatum est denuntiandum, si per secretām nitionem non corrigitur, & per solam denuntiationem periculum & damnum tollitur. Quid opus est hic referre innumera alia, quæ Adrian⁹ hic satis confuse philosophatur? Ex his paucis quæ insinuauimus, poteris coniicere quas patiantur angustias, qui ordinem illud Euangelii, præceptum faciunt.

¶ Nunc

DE FRATERNA

¶ Nunc breuiter ostendamus, nos non oportere in eos anfractus incidere. Et primum de ipso casu quæramus. Nam si poni debet ille casus ne violetur charitas, quæ bonum commune in primis respicit: poni debet tanquam exceptio legis communis correctionis fraternalis: ita quod in tali casu non teneamur ad correctionem fraternalis. Sed hoc frustra con singitur. Quia lex correctionis fraternalis non est illa quæ in Euangeliō ponitur: sed lex naturalis, qua docemur de salute proximi debere esse sollicitos. Et quia in tali lege communis non includitur necessario priuata admonitio, cum possimus aliter mederi ægroto: sequitur quod non opus est casum illum excipere à lege correctionis fraternalis. Seruatur enim ad vnguem in eo casu, denuntiando sine prævia monitione. Vel si saluti peccantis non potest in casu prouideri: prouidetur optime saluti communi

muni, quod est magis curandum ex lege charitatis.

¶ Quod vero attinet ad rationes domini Adriani, ex suis dictis coniici potest. Ipse enim palam dicit: Id faciendum & præcipue curandum in correctione fraternali, quod magis expedit charitati. At qui charitas magis respicit commune bonum, ut sapientius diximus, q[uod] particulare: quod quem bonum commune melius procuratur per prouidam denuntiationem ei qui prodesse potest: q[uod] per secretam admonitionem. Igitur contra seipsum pugnat.

¶ Item secundum eundem, teneamus corrigere non solum quando constat de peccato fratris: sed etiam quando dubitatur probabiliter, ut opportune succurratur periculo. Ex hoc capite etiam argumentor ego. Si in dubio succurrendum est unius periculo: a fortiori & multorum damno. Sed incasu quod imminentem danum

DE FRATERNA
communitati ex peccato alicuius,
nisi denuntietur superiori: probabi-
le dubium est de communi damno,
& quandoq; etiam certum. Tunc er-
go denūtiare illum necesse erit, etiā
si sequatur diffamatio delinquētis,
quia tali existēte causa: iuste diffama-
tur. Nec sufficienter prouideretur
periculo, per secretam admonitionem.
Quia tale remedium est sua na-
tura anceps, & nimis ambiguū. Pri-
mum vero remedium per denuncia-
tionem, satius est, & efficacius. Nam
& si praelatus sic ab vno tantum in-
formatus, non posset publice homi-
nem punire: potest tamen pruden-
ter pericolo occurrere, quod nō pos-
set, si omnino esset rei inscius. Salua
ergo reuerentia domini Adriani,
qui multos etiam adinuenit casus,
in quibus (suo iudicio) non licet reue-
lare peccatum, quantumcunq; esset
in damnum communitatis, non du-
bito denuntiandum esse ei qui pro-
desse

desse possit, & prudenter obuiare pericula. Quod & faciunt communiter simpliciores quiq; non in scho-
lis theologorum docti, sed lumine naturali ducti, & spiritus sancti consilio melius instructi. De quibus potest illud intelligi. Confiteor tibi pa-
ter domine cœli & terræ, quia abscondisti haec à sapientibus & prudenti-
bus: & reuelasti ea parvulis. &c.

¶ Quartus casus est. Si ex signis pro Casus. 4.
babilibus constaret, fraternali corre-
ctionem non profuturam, correpon-
tumq; ex ipsa peiorem euasurū. Tunc
enim censandum esset ab admonitione: & dicendum esset ei qui prodeesse
posset. Nā medicina quæ auget mor-
bum: vel minuenda est, vel omnino
abolenda. Ita tenet Ricardus & Du- in 4.d.19.
randus. Palude vero addit, nisi esset 3.ar.2.
correctio ad aliorum ædificationē.
Tunc enim licet exasperaretur correptus propter odium, non esset
propterea dimittenda correptio. Et

DE FRATERNA

adducit ad id factum Ioannis argu-
entis Herodem . Sed illud non est
ad propositum, quia Ioannes ut per-
sona publica, fungebatur officio suo
in peccato publico. Tenet idem S.
Tho.2.2.q.33.ar.6.ad quod adducitur
illud Salustii in Iugurtino. Frustra
autē niti , nec aliud se fatigando ni-
fi odium quærere: extremæ demétiæ
est. Et illud Augustini. i. de ciui-
tate dei.c.9.Si eisdē metuit, ne dete-
riores ex hoc efficiātur. Et de pœni-
tentia.d.7.c.Si quis. Si scirem non ti-
bi prodeesse, non te admonerem, non
te terrorerem.Idem tenens Gabriel le-
ctione.74.indicat signa quib⁹ possit
cognosci an profutura sit correctio
nec ne:sequut⁹ Antoninū & S. Tho.
in.4.d.19.q.1.ad.2.Ait itaq; S. Thom.
Potest ita perpendi an possit expe-
ctari emendatio; an non, ex cōditio-
ne pcccantis, ex reiteratione actus, si
ex electione peccat, vel forte ex pas-
sione:ex infirmitate, an ex ignoran-
tia.

tia.&c. Alia multa addit Gabriel circa hoc. Adrianus. q.1. ar.3. hanc propositionem afferit. Vbi verisimile est nostram correctionem non profuturam, vel verisimile aut dubium eandem obfuturam esse: tunc nō tememur corriger peccantem. Probat primam partem, quia correctio debet fieri propter utilitatem peccatis, qua cessante, cessat etiā corripiendi obligatio ut ex c. si quis præallegato patet. Secundam partem probat à simili. Quia vbi dubium esset probabile de profectu medicinæ vel documento, nō debet ministrari ægroti propter periculum, nisi forte illa sola adsit ad curandum, & sine illa curari non posset. Quo casu locum habere videtur illud Galeni. Interfice audacter.

¶ Pari ratione dicendum erit in proposito, cum dubium probabile est de documento correctionis, fieri non debet, nisi probabiliter iudice-

DE FRATERNA

mus, quòd sine tali correctione pec
cás peribit, & dānabitur:puta, si mox
occidatur impoenitens. Et intelligo
hoc, inquit, nō de momentaneo spi
rituali nōumento: sed simpliciter
& in comparatione ad totam vitā.

¶ at.2. &c. q. Vnde bene dicit S. Thom. iuxta ver
in 4.d.19.q. bum Gregorii. Non est timendū ne
4.ad.5. contumeliam inferat, sed ne tractus
ad odiū deterior fiat. Dicit ergo de
odio non curandum, quando pecca
tum vel damnum per illum alioqui
euenturū, erit ipso odio maius. Vel
si spes est quòd odium tandem tepe
scet, & sequetur correctio. Hæc ille,

¶ Ab his omnibus discentit Ab
bas. c. nouit de iudi, afflērēs quòd pro
pter deteriorationem correpti, non
debet cessare correptionis processus
quia ille ordinatur non solum ad
emendationem delinquentis, sed
etiam ad aliorum terrorem & pro
fectū. Ob id enim excommunica
tio vltimo fulminatur. Citat ad
hoc

hoc.c.sed illud.45.d.Item quia factæ sunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia ,tutaq; sit inter improbos innocentia . Considera, inquit,quòd maius bonum sequitur ex punitione vnius: quam sit malū ipsius correcti , si deterior fiat. Alii enim timore à peccando abstinent ob eius punitionem : qui (si non puniretur) audacter peccarent. Vnde 23.q.4.c.est iniustitia.dicitur . Cum vni indulgetur indigno: ad prolap-
sionis contagium prouocatur vni-
uersitas. Facilitas veniæ: incentiuū
præbet delinquendi. Concludit ita
q; Abbas , quod licet constaret ali-
quem,ob correctionem,futurum de-
teriorem : non est ob id dimittenda
correctio illa euāgelica,propter ra-
tiones iam dictas.

¶ Sed eadem ratione excluditur
hic casus,qua & cæteri præcedentes.
Frustra enim in eo ponendo labora-
tur, quasi ad flectendum ac tempe-

DE FRATERNA

randū rigorē illi⁹ præcepti. Si n. il-
lud præceptū non est, nec est quod li-
mitādū cures. Et ad hoc nō parū fa-
cit rō Abbatis. Supposito nāq; quod
illud sit præceptū obligās, cū absolu-
te ponatur & absq; illa cōditione: ni-
si corrept⁹ deterior fiat: aut nō fiat:
absolute erit intelligēdū, nisi oppo-
fitum ratio conuincat. Dicis, ratio
est in promptu. Quia fraterna cor-
reptio ordinatur tantum ad emen-
dationem fratris, dicente Hierony-
mo super Matth. Ut qui non potuit
seruari pudore: seruetur opprobriis.
Sed hoc falsum est. Quoniam cha-
ritas ex qua correptio debet proce-
dere: potius respicit bonum cōmu-
ne quam priuatum, vt sāpe iam di-
ximus: omissa autem delinquentiū
(licet obduratorum) correptione,
non posset constare diu bonum cō-
mune. igitur &c.

Nunc videamus doctorum cir-
ca illum casum sententias & ratio-

nēs:

nes: quām nihil conuincant. In pri-
mis S. Thomas. ar. 6. predictæ quæ-
stionis: argumentatur primo con-
tra se dicens. Medicus cui imminet
cura ægroti: non cessat à curatione
propter cōtradictionem ægroti vel
contemptum. Quia tunc maius im-
minet periculum: sicut patet circa
furiosos. Ergo multo magis debet
homio peccantem corrigere: quan-
tuncunq; grauiter ferat. Soluit hoc
argumentum per hoc: quòd medi-
cus quadam coactione vtitur in fre-
netico: qui curam eius recipere non
vult. Et huic assimilatur correptio
prælatorum, quæ habet vim coacti-
uam: non autem simplex correptio
fraterna. Contra hanc solutionem
argumentor. Nam licet authoritas
coactiua penes prælatos regulariter
existat, in casu tamen necessitatis:
penes quemlibet potentem residet.
Quia in tali casu, quilibet potest a-
lium cogere: ut verbi gratia, volen-

DE FRATERNA

tem se interimere potest quis ligare,
domi includere,& alia similia reme-
dia applicare. Sicut medicus cogit
ægrotum. Manet ergo adhuc argu-
mentum insolutum. Item quanvis
subditi regulariter non habeant au-
thoritatem coercédi per se, possunt
semper id facere per aliū, id est, præ-
latum: denuntiando ei delictū. Item
licet correptus per me, exasperetur,
& ad odium concitetur, debeo corri-
pere. Probatur. Quia ex duobus ma-
lis necessario concurrētibus, minus
est eligendum: ad euitandum maius.
Sed ubi delictum esset publicū, ma-
ius est damnum quod aliis imminet
ex impunitate, quam quod iste pati-
tur ex indignitate, ergo tunc corri-
piendus venit. Nec propterea fit de-
terior: cum multo peior fiat, si im-
pune relinquatur peccare. Correptus
enim potest vel confusione vel ti-
more à peccādo cessare, incorreptus
nunquam. Alioqui obstinati in pec-
cato

cato, nunquām essent fraterne corrigendi, & ex consequenti nec denūtiandi suis prælatis: quod est opus correctionis fraternalē, cum sit opus charitatis. Nec obstant authoritates adducte ad probandum, quod vbi nulla speratur vtilitas non est facienda correptio. Fateor enim frustra fieri, quando nulla sequeretur vtilitas: sed tamen non modica est vtilitas que ex correptione obstinati ad alios manat, cum ex iusta punitione illius, terrentur & abstinent à peccādo. Et eodem modo possunt solvi omnia alia quæ hoc pretendunt.

¶ Prætermitto nūc Gabrielis & Adriani imaginationes superfluas iterum receniere, cū ex prædictis appareat frustra eos laborasse. Ad Panormitanū veniamus. Frustra quoq; desudauit ille, in defendendo tex- tum Euangelicum, ac si esset præceptum. Nam & si rationes eius bene militēt contra alios, probādo quod cor-

DE FRATERNA

correptio non est omittenda propter casum illum: non tamen concludunt, quod seruandum sit illud euāgelii tāquam præceptum, quod nos negamus. Et ideo sufficiat contra cū probatio nostræ tertiae cōclusionis. Nos enim asserimus faciendam esse correptionem, siue emendetur peccans, siue non, dummodo aliis profutura iudicetur. Facienda (inquām) nō per nos ipsos: sed per eos qui possunt & debent prodeſſe.

Casus. 5.

¶ Quintus casus quem ponit Gabriel est. Si ex manifestatione, denuntiatione, vel correptione, publica vtilitas resultaret, tūc prætermit tenda effet secreta admonitio, secundum Euangeliū precepta. Hoc sua detur exemplo Petri, qui manifestauit delictum Ananiæ & Saphiræ: vt inde terreretur tota ecclesia. Quia iuxta Augustinum, sanctorum gesta docēt nos quomodo diuina præcepta sunt intelligenda, vt supra allegauimus

uimus. In lege etiam veteri, secretū adulteriū vxoris explorabatur per aquas amaras, ut habetur. Num. 5. Et de Acham legimus. Iosue. 7. quod publicatus fuerit de peccato secreto quod commiserat, & hoc ad utilitatem publicam, & terrorem populi. Huic sententiæ fauet Ioānes Gerson. 2.p.alpha.34. Q. Vbi ad quaestione, si aliquod delictum sit publicum, & patrator secretus, an ad præceptum prælati teneatur se prodere, aut alio secreto sciens teneatur ipsum prodere, etiam si non sit malus rumor de ipso peccante: respondet, quod teneatur se prodere: quanvis non in publico. Et hoc non alia ratione, q[uod] propter bonum publicū, ut videlicet tollatur scandalum: ne alii fiant audacieores ad malum. Immo eadem ratione conuincitur, quod etiam publice esset manifestandus: quia posset resultare inde magnum bonum publicum, & tale bonum publicum

præ-

DE FRATERNA
præferendum esset priuato, id est v-
nius famæ.

¶ Silvester. Correctio. dubio. 8. re-
fert S. Thomā: dum adhuc Bachala-
rius esset) hanc sententiam tenuisse
in quodam generali capitulo, & per
patres sibi contradictum fuisse. Ta-
men hoc postea nō videtur reuocas-
se Thomas, nec eum recantasse legi-
mus, sed potius confirmasse: cū ar. 7.
q. 33. aperte dicat, quod quando pec-
catum est in dānum publicum, o-
portet statim procedere ad denūti-
ationem, vt huiusmodi nō documentū
impediatur. Et quoli. II. q. 12. ait. Or-
do charitatis exigit, vt quis præferat
bonum commune: bono particula-
ri. Hic tamen casus communiter nō
acceptatur à doctoribus, nec eius fū-
damenta conuincunt. Et ad factum
Petri dicitur, quod ille fuit minister
& exequutor voluntatis Dei, cuius
habuit specialem reuelationem li-
cet illa nō legatur: & ideo in hoc nō
est

C O R R E C T I O N E . cxliij
est imitandus. Sic. Respōdet S. Tho.
loco citato. In 4. vero. d. 19. ar. 3. q. i. ad
pri. aliter dicit. Forte, inquit, Petr⁹
sciebat esse publicum, vel cito publi
candum, vel sciebat monitionē non
profuturam, vel fecit illud consilio
spiritus sancti ad terrorem. Prima
solutio magis placet communiter.
Quod autem ad nostrum propositū
attinet, non est singulorum senten-
tias discutere, sed tantum indicare
quas patiantur angustias, in defendē-
do illo præcepto quod dicunt Euā-
gelicum. Cum alii velint illud stri-
cte obseruare in omnibus peccatis
occultis. Alii casum istum & simi-
les excipiendos arbitrentur, ob com-
mune bonum, quod priuato præpō-
derat. Hoc velim aduertas lector,
quod excipientes hunc casum, nō in-
tendunt nūc asserere priuataī mo-
nitionem debere cessare propter dā-
num commune vitandum, nam id.
3. casu prædiximus. Sed nūc additur,
quod

DE FRATERNA
quòd etiā ad bonū cōe augendum.

Casus.6.

¶ Sextus adhuc casus additur, in
quo dicitur non obligare illud præ-
ceptum. Quando videlicet præla-
to denuntiatur non ut iudici, sed ut
patri & singulari personæ: utpote
qui prodesse potest magis quam ob-
esse. Probatur hoc ex ipso textu. Ait
enim. Si non audierit: dic ecclesiæ
id est, publico iudici. Ex quo colligi-
tur, quòd ad hanc publicam & iuri-
dicam denūtiationem, dirigitur to-
tus ille ordo præcedens: & non ad
priuatam. Et ita potest denuntiari
prælato secrete: sine prævia moni-
tione, &c. In hoc tñ casu magna est
cōtrouersia inter docto. Nā Ricar.
in.4.d.19.ar.3.q.1.tenet, quòd nō opor-
tet ut secretā denūtiationem præce-
dat admonitio: præsertim qñ cōpel-
limur per obedientiā à prælato. Ad
ditq;, quòd licet sit frater correctus
per secretam admonitionē, & emen-
datus: non tenemur desistere à de-

nun-

nuntiatione priuata facienda præla-
to. Quia talis denuntiatio valet ad
cauendum relapsum illius. Nec præ-
iudicatur famæ illius: modo præla-
tus fit qualis esse debet. Secus esset, si
de fidelitate prælati erga famā pro-
ximi dubitaretur. Tunc enim cri-
men fratris iam correcti: nullo mo-
do est denuntiandum. Hæc ille. Hæc
Ricardi sententiam sequitur Ger-
son. 2.p.34.C. Et Gabriel & Angelus
Denuntiatio. §. 10. Hæc quoq; tenet.
S.Bonauentura. Vide supra conclu-
sione. 3.modo probandi. 3.

¶ Adrianus tamen, suo more, in
Ricardum videtur acriter insurge-
re. Dicit enim non esse probabile,
quod secretam denuntiationem non
debeat necessario præcedere admo-
nitio. Nec innititur, inquit, veritati.
Quia non licet alterius crimen oc-
cultū detegere: nisi ob suam vel alte-
rius necessitatem. Communis enim
resolutio theologorum est, quod nō

T licet

DE FRATERNA

licet etiam in confessione , personā
cōpeccantem etiā per circunstātias
exprimere : nisi sit ad expressionem
peccati necessarium eas dicere . Intel
ligendo de peccato occulto . Cuius
hanc assignat rationem . Quia tunc ,
magis tenetur confitens suæ consciē
tiæ , q̄ alterius famæ . Quando ergo
speraretur emēdatio ex mea admo
nitione , non debedo prælato denūtia
re : alioqui fraudulēter agerem ; & es
sem proditor secreti . Ex eodem , in
quit , sequitur falsum esse id quod ul
timo dicebatur , quod vbi per secre
tam admonitionē fuerit frater cor
rectus , non oportet cessare à secreta
denuntiatione quæ fit prælato : quia
valere potest ei ad præcauendū rela
psum . Et hoc primo , quia licet non
cedat in totalem extinctionem fa
mæ illa denuntiatio : lēdit tamē no
tabiliter , quia apud ipsum prælatū
non erit deinceps illæsc̄ estimatio
nis denuntiātus . Et sic proditur eius

cri-

crimen citra necessitatem. Deinde deterius est, apud virum prudentem & grauem, estimationem perdidisse quam apud multos leues. Nec aſſum ptum à Ricardo cōuincit, videlicet quod valebit ei contra reciduum, quia pro ſola vtilitate ſpirituali, nō licet ei iacturam facere vel inferre in bonis fortunæ: dando. f. de bonis ſuis pauperibus pro ſalute eius ſpiri tuali, ipſo inuitio. Ut habetur ex Au gustino. 14. q. 5. Forte aliquis cogitat & dicit. Multi ſunt Christiani diuites, auari, & cupidi, nō habebo pecca tum, ſi ſuum illis abſtulero, & paupe ribus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt: mercedem habere pote ro. Sed huiusmodi cogitatio, eis cal liditate diaboli ſuggeritur. Nam ſi totum tribuat pauperibus quod abſtulerat: addit potius peccatum, quam minuat. Ex quo patet, quod ſi bona fortunæ illius non licet mihi cōtreftare, ipſo inuitio, pro vtilitate eius

DE FRATERNA

spirituali: quod nec bonum famæ. Melius est enim nomen bonum: q̄ diuitiæ multe. Existēte tamen necessitate, quod aliter à reciduo prohiberi non posset: liceret quidem. Ex quibus omnibus, inquit ille, concludo: quod crimen occultum debet secreta monitione corrigi. Et si sunt aliqui testes consciī criminis, non debet prælato detegi, priusquam per testes cōuincatur & nolit corrigi: Et hoc propter iacturam famæ vitandam. Vnde dicit Petrus de Palude, quod non debet præposito nesciēti ostendi qui peccauit: nisi, vel quādō non sunt aliqui consciī, vel nō sunt tales ut per eos possit corrigi. Hæc Adrianus.

¶ Tenet etiam S. Thomas loco citato ar. 7. quod in secretis, pri⁹ est ad monendus frater secreto, quām fiat denūtiatio secreta prælato, & quod subditus non tenetur obedire prælato, nō seruata forma Euangelii: quia præ-

prælatus non est iudex occultorum.
 Et quoli. 1.q.16. addit. Siue procedat
 prælatus ut iudex, quia tunc non po-
 test inquirere, nisi præcedat infamia
 aut iudiciū, aut accusatio. Siue pro-
 cedat per simplicem denuntiationē
 extra iudicium: non potest præcipe-
 re, non præmissa admonitione, si e-
 mendatus est, vel speratur correctio.
 Et in 4.d.19.q.2.ar.3.q.1.ad.5. Quando
 prælatus, inquit, extra iudiciū quæ-
 rit de peccato, quod nō debet publi-
 cari, non debet ei dici. Est autem ta-
le peccatum quod dici non debet,
quando est omnino scretum. Si autē
 alii sciūt, aut in promptu est ut scia-
 tur, dici debet superiori, ut ædificen-
 tur qui scandalizati sunt, aut obui-
 tur malo. Hoc est contra Adrianū
 & Palude, si attente legeris.

¶ Durādus.q.4. huius materiæ di-
 cit. Quòd peccatū omnino secretū,
 si is qui scit non potest corrigere, di-
 cere debet prælato, tacito nomine

T ; autho-

DE FRATERNA

authoris, citatq; Augustinum. 22. q. 6.
c. hoc videtur, sed si nō potest obuia
ri peccato, vel corrigi, nisi manifesta
to nomine: quid tunc prodest pecca
ti denuntiatio?

¶ Abulésis quoq; q. 98. super Mat.
dicit. Quòd si per me corrigerem pos-
sum, vel si ille moleste valde ferret
prælatum scire: nullo modo dicere
debeo prælato. Idem dicendum, si
prælatus corrigerem nō posset, vel es-
set dubium de profectu. Sed quando
prudens iudicat dicendum esse præ-
lato, dicendum est. Si iudicat non di-
cendum, tacendum est. Hæc ille. Mi-
rum tamē est quod dicit hic doctor.
Quòd obligatio præcepti pēdeat ex
iudicio prudētis: & ad hæc quis ido-
neus? Deinde in dubiis, nonne obedi-
re tenemur prælatis? Ecce quām sit
uaria doctorum sententia inter se.
Sæpe etiā sibi ipsi non usquequaquè
constant. Nam beatus Thomas, sal-
ua reuerētia tanti doctoris, videtur
à semol

à semel dicto dissentire. Cum enim dixisset ar. 7. præallegato, non esse obediendum prælato præcipienti, non seruata admonitione Euangeli ca, adhuc extra iudicium, ut retulimus. Quoli. tamen. n. q. 13. quærerit ibi. Si peccat qui statim dicit peccatum fratris prælato, non præmissa admonitione, & ordine Euangelii a Christo instituto? Et videtur, inquit, quod sic. Quia contra Euangelium faceret talis. Sed in oppositum arguitur, quia multi viri perfecti hoc faciūt: quod non facerent, si esset mortale peccatum. Et nota quod in hoc argumento, tangit antiquam omnium religionum consuetudinem: in quibus hoc seruatur, ut nos supra diximus conclusione tertia. Arguit secundo, quia prælati possunt non solum corriger de præterito, sed ad futurum etiam præcauendum adhibere cautelam: ad hunc igitur finem poterit illis reuelari peccatum. Respon-

DE FRATERNA

det, si scio quod frater per me corrigetur, tunc non debedo nuntiare praetato. Si autem melius per praelatum fiat, & praelatus est talis qualis esse debet: possum illi denuntiare, sed ut priuatæ personæ, proficiunt ad correctionem proximi, & emendationem. Nec tunc dicitur ecclesiæ, & sic non est contra euangelium. Sed non potest dari iudicium generale: propter diuersas cōditiones prælatorum, & subditorū. Ad tertium quoq; argumētum dicit. Quod si quis prælato diceret, intendens cautelam vel aliquid huiusmodi quod ad emendationē proximi viderit expedire: non peccat. Item quod tenenda est pro regulâ ipsa charitas: & id quod melius est. Et qui hoc intendit. s. emendationem proximi, & seruat quantum potest bonū charitatis, tunc denuntiando, non peccat. Et multa ibi in hunc modum dicit S. Thomas.

¶ Ex quibus videtur sibi ipsi contra-

tradicere. Prius enim dixerat nullo modo nunntiādum esse prælato, ni-
si præmissa admonitione, etiā si præ-
ciperet, nunc autem dicit, posse ali-
quando denuntiari: quanquam non
præcipiatur. Quæ est Ricardi sente-
tia. In ipsis etiā respōsionib⁹ suis, nō
nulla apparet repugnantia. Cum e-
nim primo dixerit, si potest per se
fratrem corrigere, non debet denun-
tiare: mox addit. Si melius per præ-
latum corrigatur: potest denūtiare.
Item infra. Si ad cautelam & emenda-
tionem dicat prælato: non peccat, er-
go quānus per se corrigere possit,
si tamen ad cautelam & emendatio-
nem dicat: potest denuntiare. Quæ
sibi repugnare videntur. Ex hac opī
nionū dissonātia, nō parūroboris su-
mit sententia nostra: quod illud nō
fit tanq̄ præceptum defendendum,
id quod isti doctores, vel supponunt
tanquam notum, vel probare contē-
dunt: sed tamen frustra eo labore (vt

ego

DE FRATERNA
ego arbitror) consumuntur.

¶ Quid opus est hic referre dicta Sylvestri, qui non solum ab aliis deuiat, sed etiam à seipso : Hic enim verbo Correctio, dubio sexto & nono dicit, quod si prælatus præcipiat ut reueletur sibi secretum, non præmissa admonitione, non est reuelandum. Sed si adderet pœnam excommunicationis: reuelandum esset. Ita quod ratione excommunicationis adiunctæ debet reuelari. Sed id vide tur ipse retractare, quia Denuntiatio. dubio. 4. dicit, quod non tenetur subditus reuelare secretum prælato etiam per excōmunicationem præcipiéti: nisi quando subditus posset libere dicere non præcipienti. Alio qui iniustum esset, & peccatum. Itē Correctio, dubio. 9. dicit, quod teneatur subditus reuelare: quia sententia licet iniusta, non est nulla. Mirū itaq; est quod dicit. Si dicatur per obedientiam præcipienti, est cōtra euā-

euangelium: si dicatur per excōmunicationenī præcipicenti, non est cōtra euangelium. Nunquid excōmunicatione iniusta, præualet obediētia? aut deobligare pōt ab obseruatione euāgelici præcepti? Sed hæc misfa faciamus.

¶ Certe quod ad propositum attinet, ille casus frustra ponitur: & in eo inaniter laboratur. Nam & si sententia vera est, quòd tuto potest & si ne vlo scrupulo prælato denuntiari, vt ego intrepide assero, & infra clarius probabitur: non tamen debuit per modum exceptionis apponi, cum præceptum à quo fit exceptio, frustra fingatur. Sed alia positio non admittens casum, tenensq; admonitionem semper debere præcedere ipsam denuntiationem, quanuis secretam: grauius errare mihi videtur. Quapropter in ea impugnanda: non pigebit me aliquanto dili-gētius insistere. Scio enim quām per-

DE FRATERNA
niossa sit illa opinio correctioni-
bus faciendis.

¶ Igitur stando in sententia Ri-
cardi, statuam primo veritatem: de-
inde impugnabo aliqua dicta aduer-
sariorum: postremo respondebo ad
Achillem Adriani. Probatur ergo
primo, quod prælato præcipiēti re-
uelari sibi peccatum secretum sub-
diti, debeat reuelari: modo talis es-
se præsumatur prælatus, qualis esse
debet. Nam subditus tenetur obedi-
re prælato præcipiēti, in his quæ cō-
tra Deum nō sunt: & alioqui status
& religionis conseruationem con-
cernunt. Sed huiusmodi reuelatio
contra Deum non est, & saepe vtilis
est (ne dicam necessaria) ad religio-
nis conseruationem, ergo. Maior a-
deo nota est, ut non ægeat probatio-
ne. Si enim tenemur obedire guber-
natori reipublicæ, in his quæ publi-
cam vtilitatem concernunt, nullo
adhuc interueniente voto: quanto

ma-

magis prælato, in his quæ ad statum religionis spectant: vrgente vinculo obedientiæ, quā voto promisimus? Id habet Alex. de Ales. 2. p. q. 183. mē. 2. §. 2. Obediendum est, inquit, prælati in his quæ sunt secundum animā & ad suum officium spectant. Etiā S. Tho. 2. 2. q. 104. ar. 5. ait. Tenentur subditi prælati, quantum ad regularem conuersationem, & in his quæ ad eam pertinent obedire. Idem tenet S. Bonauentura in. 2. senten. q. vi. iuxta illud. *Qui vos audit, me audi.* Luce. 10.

dit. &c.

¶ Hoc confirmatur authoritate Bernardi libro de præcepto & dispensatione. Regularis, inquit, professio, qua se minor spōte subdidit maiori, & que obligat: & cōmunis equidem pacti, reor, vtrūq; teneri. Vnū fidelis curæ: alterum fidelis obedientiæ. Et alia multa huiusmodi ibidē. Minor probatur. Nam talis reuelatio primo nō est contra Deum, quia nulla

DE FRATERNA

nulla lege prohibita. Secundo quod
sit plerumq; ad conseruationem sta-
tus religiosi & obseruantiae eiusdem,
patet. Nam alioqui multa crimina
remanerent absq; remedio vlo cor-
rectionis & emendationis: ut ad ter-
tiam conclusionem supra probatū
est. Quo fieret vt status regularis bre-
ui tempore corrueret. Igitur inten-
tum.

¶ Secundo idem probatur à simi-
li. Si aliquis nobis occurreret æger,
laborans ad mortem, quem sine pe-
riculo nō possemus per nos curare,
certe teneremur illum medico peri-
to (si possemus) praesentare ut illius
curam gereret. Cum igitur fratre
peccantem, vel non possumus com-
mode, vel non putamus tute illum
posse per nos corrigere, tenemur tūc
suo prælato offerre, qui salutis eius
debet esse solitus, hoc ipsum dictā
te lege charitatis. Si autem hoc fieri
debet, prælato adhuc non præcipiē-
te,

te, quanto magis debet fieri si eius
præceptum superaddatur? In corre-
ctione enim fraterna, non debet so-
lum spectari præteriti lapsus pœni-
tudo, sed ne relapsus iterum contin-
gat, debet prudèter præcaueri. Hoc
autem nouerunt boni prælati cau-
tius & salubrius facere, q̄ non præla-
ti: quare illi melius curabunt quàm
subditi. Et quia hoc expedientius est
saluti ipsius delinquentis, vt perfe-
ctius curetur: non est ergo dubitan-
dum, quin debeat & possit ita denun-
tiari. Præsertim in eis casibus in qui-
bus periclitatur commune bonum:
nisi ita denūtietur. Hoc enim (vt sæ-
pe diximus) charitas præponendum
esse docet, bono priuato.

¶ Tertio probatur, quia si non li-
ceret denūtiare prælato ante admo-
nitionem, hoc ideo esset, quia est cō-
tra ordinem Euāgelii, vt ipsi dicūt.
Sed hoc est falsum. Nam si dicere Ec-
clesiæ, est dicere prælato vt iudi-
ci (ita

DE FRATERNA

ci(ita enim interpretantur etiam ad
uersarii) profecto qui diceret præla-
to secretum non tāquam iudici, sed
vt priuatæ personæ prodeſſe poten-
ti, non ideo dicit ecclesiæ: & ita non
violat ordinem Euangeli.

¶ Sed iam ad secundum venio, id
est, ad improbationem præmissarū
sententiarum. Primum vero vltra
ea quæ ex S. Tho. sup. retulim⁹, quæ
ſibi repugnare videbantur: adhuc ex
eius dictis alia referem⁹. Dicit enim
22.q.33. ar.
7.ad arg. exprefſe, quòd reuelare prælato, etiā
extra iudicium & secrete fine admoni-
tione prævia: est cōtra euangelium.
Idē quoli. 1.q.15. & in 4.d.19. vt supra
diximus. Contra vero quoli. 21. q.13.
ait, quòd dicere prælato secrete, non
est contra Euangelium: nec est dice-
re ecclesiæ. Vide etiam eundem. 2.2.
q.33.ar.8. Hanc repugnantiam quo-
modo poſſit dirimere, non video.

¶ Sed contra dominum Adrianū,
qui in hac re p̄tinacior eſſe videtur,
est

est nobis specialius agendū. Is enim
ait, quod non est aliquo modo reue-
landum delictum fratris prælato ne-
scienti, si per testes qui sunt consciū
potest corrigi. Et ipse met. q.2. conui-
ctus ex regula Augustini, quæ docet
prius dicendum prælato: ait. Dicen-
dū quidē est prælato secrete priusq;
testibus: sicut tenet S. Tho. & alii se-
quuti regulam Augustini. Quid hic
possit dici ad excusandam apertam
cōtradictionem, alii viderint. Item
idem Adrianus cōtra Ricardum di-
cit, peccatum secretum nulli esse de-
tegendum, etiam pro utilitate ipsius
delinquētis, nisi ad sit necessitas: ne
fiat proditor secreti qui sic detegit.
Et glosat dictum Augustini. 22. q. 6. c.
videtur, quod sit intelligendum in
casu necessitatis. Ipse quoq; dicit
prælato esse reuelandum secrete, an-
teq; testibus. At ubi testes sunt cōscii,
nulla est necessitas recurrēdi ad præ-
latum propter correctionem. Vide-

DE FRATERNA

tur ergo aperte sibi cōtradicere. Ac cedit ad hoc , quōd Augustinus non loquitur solum in casu necessitatis, cum aperte dicat. Ante omnia præposito esse dicēdum. Nec vos,inquit, maliuolos esse putetis : si ea reuelatis præposito. &c. Dices forte dictū Augustini esse intelligendum, prius dicendum esse prælato quàm aliis: nescientibus scilicet, secus de scienti bus. Ac si diceret, quando nemo scit peccatū nisi vnus, tūc prælato prius dicendum est quàm aliis:& hoc qui dem post admonitionem. Sed fru stra hoc fingitur , cum ipsamet Au gustini sententia reclamet. Deinde alii doctores non ita intelligunt , & præsertim S. Thomas clarissime di cit, quōd etiam vbi alii sciunt dicen dum est ei qui possit corrigere:vt su pra diximus cōtrouersia 3. Quin etiā ipsemet Adrianus : hanc glofam nō patitur. Nam vbi contra Ricardum agit , dicit quōd in casu necessitatis

vbi

vbi nō præsumeretur de relapsu, nec posset aliter euitari: dicendum esset prælato, quanquam secretum sit, & nemo aliis sciat. Nam extra casum illum necessitatis alteri potius esset dicendum (secundū eum) quām prælato. Etiam pluribus (si plures sciunt & prodeesse possunt) dicendum est, ante quām prælato. Non ergo valet illa euasio.

¶ Nunc vltimo ad argumentum domini Adriani, facile erit nobis respondere. Cum enim dicit. Non licet omnino secretum peccatum manifestare (citra necessitatem) etiam in confessione, citra necessitatē, inq, ipsius confitentis: quia hæc est communis resolutio omnium theologorum. Illud nego. Fateor quidē illud tenere S. Thomam in 4.d.6.q.3. Et opusculo. 12. ar. 6. & cū eo aliqui alii, id tenet. Communior tamē opinio tenet oppositū. Nam in primis Alexander Alensis 4.p.q.76. membra. 2.

DE FRATERNA

ar.4.ad ultimum ait. Quando reuelare peccatum in confessione, valet ad cautelam futuri : licet quidem detegere, caute tamen. Sed si ad sui utilitatem vellet quis reuelare confessori : tutius esset id extra cōfessionem facere. Idem tenet S. Bonaventura. in 4.d. 21.p.2.q.3. Et Ricardus in 4.d. 21. q. 2. ar.5.loquens de persona compeccātē reuelanda. Si est, inquit, ut ille reuelatio ad correctionem vel præseruationem illius compeccātis, licet quidem reuelare. Sed id extra confessionem debet fieri. Et bene facit sic reuelans: ut profit alteri. Ratio autem quare melius est extra cōfessionem, quam in confessione reuelare est, ut cōmodius possit procedi ad correctionem peccantis.

¶ Item Gerson. secūda.p. alphab. 32.B.&R. dicit. Pro utilitate potest peccatum detegi, & consors peccati. Causa videlicet petendi consilium, vel necessitate circunstantiæ: si non adesset

adesset cōfessor qui ignoraret perso-
nam. Palude quoquē in quarto, di-
stinctio. vigesima prima, articulo se-
cundo, conclusione secunda. tenet,
quod pro vtilitate confitentis vel
alterius, dici potest extra confessio-
nem. Item Gabriel in quarto. distin-
tio. 17. q. i. conclusione quinta, & in cano-
ne lectio. 74. Antoninus. 3. parte titu-
lo. 14. c. 19. §. 11. ampli⁹ dicit, Quod nō
peccat qui bona intentione dicit cō-
peccantem, vt confessor oret pro eo:
aut corrigat secrete. Et allegat Petru-
de Palude, & Raimūdum in summa.
Idem tenet Archidiaconus (vt Sil-
uester citat). Cōfessio primo. dubio.
24) cumquo ipse consentit. Idem An-
gelus Confessio sacramentalis. i. §. 3.
Apparet ergo manifeste falsum esse
dictum Adriani, quod illa sit resolu-
tio theologorum: cum tantam do-
ctorum turbam videat reclamare.
Falsum quoquē apparet id quod di-
xit, propter iolā necessitatem posse

DE FRATERNA

detegi peccatum , cum etiam propter vtilitatem, possit reuelari persona compeccans.

¶ Secundo respondeo negando cō sequentiam. Esto enim, quòd assumptum admitteretur, quòd in confessione non est detegendum alienum peccatum , non sequitur quòd extra confessionem non possit. Nec ratio quā assignat Adrianus valet. s. quòd infamaretur ille sine necessitate. Sed debet addere , sine necessitate: vel vtilitate. Quod contingit quádo ex tali reuelatione in confessione facta , non potest confessor procedere ad correctionem, vel emēdationem procurandam. Id quod, vt plurimū, contingit in reuelatione facta in cōfessione : sed extra confessionem maior est libertas ad corripiendum, ad monendum. &c. & propterea nō est argumentum à fortiori , sed e cōuerso. Ideo sententia illorum mihi magis placet, qui tenent, quòd nec prætextu

CORRECTIONE. 156

textu necessitatis, vel utilitatis debet reuelari peccatum secretum alterius in confessione, cum id frustra fieret, sed bene extra confessionem.

¶ Ad secundum argumentum quo ita arguit contra Ricardum. Pro sola utilitate spirituali, non licet inferre alicui damnum in bonis fortunæ ergo nec in bono famæ quod magis est: Respondeo. Argumentum non vallet. Nam idem retorquo contra eum in casu necessitatis: quo ipse fatetur posse reuelari. Ecce. Non possum pro necessitate spirituali, inferre damnum proximo in bonis fortunæ, ergo nec in bono famæ. Antecedens probatur. Nam si in aliquo casu licet, maxime in eo quod quis non habeat nisi bona obnoxia restitutio, nec tamen vellet restituere etiam in articulo mortis, sed potius absq; absolutione mori. At quis hoc concedat, ut nolentem restituere possim ego priuata persona spoliare pretextu

DE FRATERNA

necessitatis, & salutis eius procuran-
de? Existente tamen necessitate, pos-
sum per te, eum diffamare, igitur ar-
gumentum non valet. Respondeo er-
go ad priorem consequentiā, quod
antecedens est verum: quia prohibi-
tum est nobis bona aliena contrecta-
re in uito domino: per praeceptum il-
lud, Non furtū facies. Sed cōsequens
est falsum, quod in casu necessitatis,
vel utilitatis proximi: non possim fa-
mam eius laedere. Id enim nulla est
lege prohibitū, & ultra est, ipsa cha-
ritate urgente, concessum. Quare illa
latio illa non valet.

¶ Sed ut veritas magis elucescat,
paucis adhuc agā contra ipsū Adria-
num. Dicit itaq; impugnādo Ricar-
dum, quod etiam propter relapsum
vitandum in peccante, nō licet præ-
lato reuelare secretum: quia licet nō
cedat in totalem extinctionem fa-
mæ, cedit tamen in laesionem, & hoc
apud prælatum (nempe virum gra-
uem

uem & cordatum) quod deterius est,
quam si apud alios leuiores diffama
retur.

Hoc (salua reuerentia tanti vi-
ri) à vero longe abhorret. Tum quia
secundum rectam rationem, eligen-
dum est potius homini timorato &
prudenti huiusmodi reuelationē fie-
ri, qui charitatiue possit prodeſſe:
quam leuioribus quibusq;, qui nec
prudentiam habeant, nec charita-
tem. Ille enim & prudenter curabit
meam vtilitatem: & charitate sua-
dente, potius attenuabit culpam,
quam aggrauet. Contra vero leui-
ores sua potius curabunt, quam que
proximi sunt: & ita non sine pericu-
lo, illis fieret reuelatio criminis. Tū
quia talis reuelatio est saluberrima,
& quandoq; necessaria: ideo magis
eligenda. Valet enim plurimum, ad
cauendum relapsum. Quia timor &
pudor: est optimus virtutum custos.
Est etiam talis reuelatio causa hu-
mili-

DE FRATERNA

militatis, & antidotus contra superbiā: secundum illud. Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Et ita in casu quo non præsumeretur posse cauere relapsū, nisi per diligentiam prælati remedium adhiberetur: teneretur ille seipsum reuelare prælato. Quemadmodum æger teneretur morbum suum reuelare medico, sine cuius remedio timetur rationabiliter periculum. Et hoc est quod Basilius præcipit in sua regula (vt supra conclusio. 3. diximus) quod omnia quibus peccatur, ad antistitem referantur, vel ab eo qui cōmisit: vel ab aliis qui sciunt. Et sanctus Benedictus in regula. c. 46. Siquis, inquit, quomodo libet excesserit, &c. si non prælato dixerit, sed per alios denūtietur: grauius puniatur. Si vero peccati causa latens fuerit, tantum Abbatii aut spiritualibus senioribus patefact: qui sciant curare vulnera, & aliena

Basilis.

S. Benedī.

liena non detegere aut publicare.
 Accedit authoritatibus sanctorum,
 etiam Platonis sententia in Gorgia, Plato.
 dicentis. Sponte nostra oportet iu-
 dici nos puniendos, tanquam medi-
 co festinanter offerre: ne antiquatus
 iniuriæ morbus, sic inficiat animū:
 vt insanabilem reddat. Additq;. Nō
 tantum nos, verum charos nostros
 præsentare debemus iudicibus: vt
 corrigantur, quando iniuriam fece-
 rint. Quid possit ad hæc responde-
 re Adrianus, quod piis auribus satis-
 faciat: ego non video. Ideo non tan-
 ti facienda est illa bonæ aestimatio-
 nis iactura apud prælatū, vt Adria-
 nus ponderat. Quia si is qui pecca-
 uit bonus esse vult, deinceps magis
 placebit prælato: sicut & Petr⁹ post
 lapsum, placuit magis Christo. Si
 autem emendari non vult: optimū
 est, vt prælatum non lateat.

¶ Septimū casum ponit Gabriel Causa. 7.
 ex Hugone Cardinali. Si videlicet

multi

DE FRATERNA

multitudo, vel potestas est in culpa.
Quia tunc correctio magis creditur
nocere, quam prodeesse. Quatuor e-
nimir (ut dicunt) sunt necessario attē-
denda, in fraterna correctione. Di-
scretio, lenitas, charitas, utilitas. Vn-
de qui scienter corripit incorrigi-
bilem: frustra laborat, iuxta illud
Augustini. Mali correptio est dissi-
mulanda pro pace ecclesiæ.

¶ Sed etiam hic casus frustra po-
nitur. Nec absolute verum est, quod
excusat quis ab obligatione corre-
ctionis fraternalis, erga multitudinem,
vel potestatem peccantem. Quanvis
enim processus ille euangelicus in ta-
li casu locum non habeat, quia ma-
gis forte noceret quam prodeffet: pa-
tet tamen aliis modus corrigendi, si
videlicet denuntietur superiori, qui
authoritate & prudentia valeat cor-
rigere delinquentes. Nam sicut or-
do ille Euangeli non est necessario
obseruandus, ita præceptum illud
natu

naturale non cessat. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et unicuique mandauit Deus de proximo suo. Quod quidem præceptum impleri potest in casu prædicto: denuntiando superiori. Et vix potest dari casus: in quo nullus sit prorsus modus corrigendi. Dictum autem Augustini, nihil vrget. Nam ille loquitur de correctione prælatorū, à quibus corrigendis, saltem publice, plerunq; abstinentēdum est: præsertim dū ex tali publica correptione, damnū præsumitur Ecclesiæ venturum.

Ponitur & octauus casus. Quod Casus. si quis vacat meliori, vel saltem æque bono operi, eo tempore quo corrigerere oporteret, cessat pro tunc obligatio corripiendi. Ut autem hic casus ab eis merito assignetur, & nō frustra, supponunt vnū falso, quod obligat ordo ille Euangelicus tanq; præceptū. Deinde, etli hoc verum esset: insufficienter tamen ponitur.

Nam

DE FRATERNA

Nam oportebat addere, quando aliquis meliori vel æque bono operi vacat, & magis vel æque obliganti. Nā si obligatio sit minor, cessat respectu maioris obligationis quæ est in correctione.

Casus. 9.

¶ Additur & non⁹ casus à Gabriele. Quòd si admonitio fiat in generali non nominata persona: tunc non est necessarius ille processus Euangeli. Quemadmodum Christus Iudam arguit, non præmissa admonitione: cum palam omnibus dixit. Vnus vestrū me traditurus est. Ad hunc modum etiam S. Bernardus legitur increpasse fratres suos de certo crimine, non diuulgata persona: ut patet specialiter apud eū sermone. 3. de dedicatione Ecclesiæ.

¶ Sed etiam hic casus cū cæteris præcedentibus computari debet: cū eidem fundamento innitatur. Accedit, quòd per generalem admonitionem, non eximitur prælatus à corruptione

ptione spirituali postea facienda: si no fuerit emendatus subditus. Alio qui sufficeret prælato, quod ad officium suum attinet, generaliter solū corripere vitia, quæ nouit sic non emendari.

¶ Nec Illud Iudæ est multum ad propositum. Tum quia si Christus eum non corripiuit specialiter, forte hoc fuit, quia nouerat cordis eius obdurationem. Et voluit ostendere se non ignorasse futura, & simul præstisset omnia, quæ Iudam à malitia reuocare possent. Tum etiā, quia Iudæ peccatum nō erat omnino occultum (nouerant enim eius complices scribæ & pharisæi. &c. Deinde non prænuntiauit Christus peccatum vēditionis iniquæ, quod iam fuerat perpetratum, sed traditionis scelus proximie futurum. Fuit ergo illa potius prædictio futuri, quam correptio præteriti peccati, & ideo parum habet communis cum correctione
fra-

DE FRATERNA
fraterna.

¶ Ita patet quātū laboris assump-
serint huius præcepti authores , ad
eius interpretationem : idq; frustra
omnino (nisi ego fallor) tot casibus
exceptionibusquè adinuentis , & ad
eius defensionem necessario excogi-
tatis. Quorsū vero immorabor am-
plius, non sine legentium nausea: in
recensendis, & refutandis aliis casi-
b⁹, quos ego reperi apud alios? Nam
(vt breuiter illos referam) Hugo ad-
dit. Quòd cū timetur defectus pro-
bationis , & agitur de re criminali,
vbi imminet pœna talionis deficiē-
ti in probatione , tunc non tenetur
ad obseruantia illius præcepti. Ali,
quando ex tali correctione, præsu-
mieretur scandalum nasciturū. Item
alius apud Gersonem .2.p.alpha. 34.
Si esset periculū in mora , quòd per
Euāgeliī processum fieret correctio,
tunc non obligaret . Item aliis se-
cundum eundem. Si videlicet absq;
peri-

periculo propriæ conscientiæ, non valet quis fratrem corripere. Ut cù tentat corripere eam cum qua carnaliter peccauit, & timetur relaps⁹.

¶ Ecce igitur prolixè satis ostendimus (& forte non sine lectoris tædio) quemadmodum prædicta assertio, & falsa illius textus Euangeli interprætatio: sit harum & aliarum innumerabilium controuersiarum origo. Quas si recēdere vellem: nullus pene controuersiarum esset finis. Sed habendus est modus. Nec enim tām contendimus aliorum opiniones vel errores forte refutare; quām sententiæ nostræ veritatem ostendere. Huiusmodi ergo controuersiis quæ pro declaratiōe quintæ cōclusionis adductæ sunt finem imponentes, iuperest iam ut sextā Conclusionem signemus: ex qua, hoc negotium maiorem lucem accipiet.

DE FRATERNA
UL CONCLUSIO.

SICUT fraternal correctionis obligatio ex lege charitatis ori- tur, ita & exequitio eius regulari debet per illud præceptum, Diliges pro- ximum tuum sicut te ipsum.



RIMA pars huius con-
clusionis nota est, & potest
evidenter fieri hac ratio-
ne. Omnia præcepta quæ
proximi vtilitatem respiciunt, vni-
cum habent principium: ex quo, tan-
quam ex fonte quodam proficiscun-
tur. Illud autem nō est nisi charitas,
iuxta illud. Qui proximum diligit,
legem impleuit. Cū ergo fraterna
correctio sit ad vtilitatem proximi,
lege charitatis, eam vim habere: nō
est dubium.

¶ Secundam partem etiam omnes
(ut arbitror) fateri debent. Et proba-
tur.

tur. Quælibet operatio ut recta sit,
suæ regulæ cōformari debet, & secū
dum illam regulari: vt ostēdi potest
inductiue. Regula autem fraternæ
correctionis est ipsa charitas, quæ il
lo præcepto comprehenditur. Dili-
ges proximum tuum sicut te ipsum.
Hoc patet ex priori ratione, quia
charitas est eius correptionis princi-
pium & causa: practice dictas corre-
ptionem esse faciendam. Ergo talis
correptio per charitatem debet re-
gulari, ut recte fiat. Et ultra. Chari-
tatis exercēdæ erga proximum mo-
dus, à Christo exprimitur, sicut lege
naturæ constabat, Diliges proximū
tuum sicut te ipsum, ergo iuxta hu-
ius præcepti tenorem fraterna cor-
reptio debet regulari. Qui quidem
modus licet ingenere vñus sit quan-
tum ad omnes, cum dicit, sicut te ip-
sum, tamen specialiter quantuna ad
singulos, non potuit esse vñus & de-
terminatus, sed varius: secundū qua-

DE FRATERNA
litates & cōditiones personarum &
temporum, & similiū circunstan-
tiarum.

¶ Confirmatur etiā ex eo, quod
charitas est finis correctionis frater-
nae, iuxta illud. Finis praecepti est
charitas. &c. Ea vero quae sunt prop-
ter finem, per finem maxime sunt re-
gulāda, igitur. &c. Sed quia hæc om-
nia adeo manifesta sunt, ut à nemini
possint aliquo modo negari, nolo
amplius immorari circa probatio-
nem conclusionis.

¶ At vero quia prædicta sexta cō-
clusio complectitur methodum &
praxim fraternæ correctionis faciē-
dæ, quo velut in ultimum scopū uni-
uerſa noſtra disputatio tendit, pro
ampliori intelligentia huiusmodi
regulationis ad charitatem, nonnullas
propositiones subiiciā: præmissis
tribus fundamentis irrefragabilibus
de ordine charitatis seruando. Sic e-
nīm, a notioribus nobis, ad min⁹ no-

ta

CORRECTIONE. 163

ta procedemus debito ordine iuxta Aristotelis sententiam. I. phisicorum.

¶ Primum fundamentum. Bonū commune præferendū est bono particulari. Hoc, natura ipsa testificante, est omnibus notissimum. Vnde Augustin. I. confessionum. Turpis, inquit, est omnis pars, quæ suo toti non congruit. Et S. Thom. ait. Bonitas cuiuslibet partis consideratur in proportione ad suum totum. Idē.

2.2. Ille q̄ quærerit bonū cōmune multitudinis: ex cōsequēti querit bonū suum. Quia bonū propriū, nō potest esse sine bono communi. Et bona dispositio partium, accipitur secundū habitudinem ad totum.

¶ Secundum fundamentum. In correctione fraterna primo quærenda est salū spiritualis proximi, saluo bono communi, Et famæ illius est ante ponenda: si non se simul compatiuntur.

DE FRATERNA

¶ Hoc ex superiori necessario derivatur. Et probatur ex illo Matth. 16. Quid enim prodest homini si uniusversum mudum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? Hoc idem confirmat ordo charitatis, ab omnibus theologis consignatus, quo maius bonum minori preferitur. Vide S. Tho. quoli. ii. q. 12. Et. 2. 2. q. 33. ar. 7. in fine. Vide etiam Palude, Durandum, Adrianum, Gabrielem, & alios.

¶ Tertium fundamentum. Fama proximi semper seruanda est in correctione fraterna, quantum fieri potest, sine detimento boni communis & salutis spiritualis animae. Huius fundamenti ratio (post communem omnium doctorum consensum) reddi potest. Quod fama inter bona externa primatum tenet, quia melius est nomen bonum, quam diuitiae multae. Si ergo in ceteris bonis, proximi damnum vitari debet, a fortiori & in fama. Vnde & consultissime Chri-

stus monuit famā primo seruandā, cū ait. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe inter te & ipsum solum. q.d. Curam habe de bono eius nomine, quantum fieri potest. Vbi glo. Ne publice correptus verecundiam perdat, qua perdita, in peccato permaneat.

His tribus iactis firmissimis fundamentis: sub inferant sequentes propositiones, quarum prima sit.

¶ Doctores scholastici volentes Proposit. 1. regulare modū fraternalē correctionis per illud Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus. &c. veram regulam prætermiserunt.

¶ Patet hæc propositio. Nam vt conclusione sexta probauimus, regula correctionis faciendæ est illud charitatis præceptum, natura ipsa inditum. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Deinde textus ille Matthæ. (vt ex secunda conclusione supra posita constat) non intelligitur

DE FRATERNA
ad literam, nisi de propria iniuria
in nos à fratre commissa, ergo nō po-
test esse vniuersalis regula ad omnia
peccata corripienda. Sed (vt conclu-
sione tertia ostensum est) modus cor-
ripiendi fratrem peccantem, inde-
terminatus manet, quantum ad par-
ticularia, sicut modus diligendi fra-
trem, qui in genere tātum exprimi-
tur, sicut te ipsum.

Cora. pti.. ¶ Ex hac propositione inferri
possunt multa corollaria. Et sit pri-
mum. Si quis fratrem peccantē cor-
ripere volens, aliū modum commo-
diorē viderit: nō tenetur eum prius
admonere secreto inter se & ipsum
solum. Probatur, quia non est mediū
necessarium ad correctionem fra-
ternam, sine quo debite potest fieri
talis correptio. Potest autem fieri (&
aliquando commodius) sine prævia
admonitione, quando videlicet per
alium prudentiore, & maxime per
prælatum tanquām per patrem fie-
ret.

ret. Et confirmatur, quia non aliter
teneor ad correctionem fraternalm,
quam ad alia opera charitatis, ut pu-
ta eleemosynam in pendendam (nā
& correctio eleemosyna spiritualis
est) Sed si aliena manu erogauerim
eleemosynam ad releuandam ino-
piā pauperis, satisfacio: ergo & per
alium corrigendo. Si tamen casus ex-
tremae necessitatis vrgeret (quia non
est alius à quo possit corripi) tunc, fa-
teor, necesse esse ut eum secrete ad-
moneā, & corripiā. Huic concordat
sentētia Scoti, dicentis. Si appareat in 3. d. 30. an-
alicui euidens necessitas proximi, ut te solu. arg.
quod sine ipso non potest habere ne-
cessaria sibi ad attingēdum ad dilec-
tionem Dei, quia est infidelis, & si-
ne eius doctrina non posset conuer-
ti ad fidem. Vel si est malus, & sine
eius correctione non posset conuer-
ti ad bonum. Quod tamen forte, in-
quit, nunquam contingeret: ibi tene-
tur quis ad velle non solum bonum
fina-

DE FRATERNA
finale.&c. sed etiam ista bona neces-
faria.&c.

¶ Notandum est hoc ultimum ver-
bum, quo assurit vix aut nunquam
posse contingere talem necessitatē,
ut nisi per me non possim peccantē
corripere.

Corola. 2.

¶ Sequitur secundo, quod in cor-
rectione fraterna, etiam si peccans
secretam admonitionem contem-
psserit: nō debemus cōtra eum testes
adducere, nisi forte in nostra pro-
pria iniuria. Recurre pro huius
rei probatione ad tertiam cōclusio-
nem principalem supra positā via.;
Vbi videbis aperte non conuenire
charitati sic testes adducere, sed ei
potius repugnare. Quod si adhuc du-
bitas esse verum, experire paulū, &
videbis quot & quanta inde sequan-
tur incommoda, tum publica, tum
priuata. Idem dicendum de ultima
poena. s. excommunicatione, feren-
dam non esse necessario pro peccato
secre

secreto, de quo quis non emendatur.

¶ Sequitur tertio, quod si cum aliis Corola. 3.
 fratribus peccantibus non tenemur
 seruare Euangelicum illum proces-
 sum: multo minus cum prelatis no-
 stris, cum eos peccasse deprehendi-
 m. Patet, quia prelati maxime sunt
 cum reverentia arguendi, & mode-
 stia debita seruata: nisi eorum pecca-
 tum vergeret in detrimentum fidei,
 vel scandalum aliorum. Nec excu-
 santur oppositum asserentes, per hoc
 quod dicunt, non nisi per prudentes
 viros prelatos esse arguendos. Nam
 siue prudentes, siue imprudentes sint:
 non tenentur ad talem modum ar-
 guendi, cum tamen omnes teneantur
 ad correctionem fraternali aliquo
 modo faciendam. Ille enim modus,
 vix aut nunquam fieret erga prela-
 tos sine magna insolentia. Testes vi-
 delicet adhibendo. &c. Prudentius
 vero loquitur Caietan. 2.2. q. 33. ar. 4.
que in hac parte ego sequor. Quod
 non

DE FRATERNA

non solum arguendus est Papa quā
do deuiaret à fide , aut esset in peri-
culum fidei (sicut quando Paulus re-
prehēdit Petrum) sed etiam quādo
scandalizaret Ecclesiam. Tunc (in-
quit) si admonit⁹ nollet resipiscere,
deberet principibus Christianis si-
gnificari: ut ipsi congruum remediū
quærerēt. Vnde illos errare dixerim
Abulensis. qui cum Abulense dicunt, quòd in
Matthæ. 18. criminibus in quibus Papa potest de-
poni, oportet erga illum procedere
secundum modum euangelicum: &
tandem denuntiari Ecclesiæ, idest,
concilio generali. In aliis autem cri-
minibus in quibus non potest depo-
ni, non sic: sed esset duntaxat admo-
nendus. Vtrumq; enim caret debito
fundamenio, ut ex prædictis consta-
re potest.

Corola. 4. ¶ Sequitur quarto, quòd frustra
excipiuntur tot casus & cōditiones,
quot à doctoribus asignantur, ab il-
lo præcepto Euangelico. Quia non
datur

datur tale præceptū, quale illi imaginantur erga delinquentes corripi endos, vel arguendos. Cum secundū naturale præceptum charitatis, cor
reptio fraterna debeat regulari.

¶ Sequitur. 5. Falsum esse omnino Corola. 5.
dictum Abulensis. q. 97. Matthæi. 18.
Quòd ille processus Euangelii solū obligat quando correptio fraterna obligat, & alias non. Nam nec tunc obligat. Nam correptio fraterna tā diu obligat: quandiu & illud præceptum. Diliges proximum tuum si cut te ipsum, supposita necessitate ex parte proximi. Qua necessitate existente, dimittendus est sāpe ille processus Euangelicus, etiam ipso Abulense, & aliis authoribus: Ut patet in casibus & conditionibus supra positis. Non ergo tandiu obligat ille processus, quandiu correptio fraterna obligat.

¶ Secunda propositio. Abuti vi- Propo. 1.
detur scholastici hoc vocabulo. Cor
reptio

DE FRATERNA
reptio fraterna, & ab eius propria si-
gnificatione distrahere.

¶ Pro huius declaratione notan-
dū, quām varie à doctoribus schola-
sticis describatur correptio frater-
na. Nam Petrus de Palude in. 4. dist.
19. q. 3. ar. 1. ita dicit. Correptio frater-
na est admonitio fratris de emenda-
tione à delicto: ex charitate proce-
dens. Quem sequitur Duran. addēs.
Ista descriptio bona est, si admoni-
tio intelligatur per se admonendo,
vel per alium.

S.Thom.

¶ Sed S.Tho. 2.2. q. 33. ar. 1. ita descri-
bit. Correptio fraterna est quoddā
remedium, quod debet adhiberi cō-
tra peccatum alicuius: ex charitate
procedens. Hæc amplior & melior
descriptio est, quia non arctat corre-
ptionem ad admonitionem per se
faciendam: sed quocunq; modo re-
medium adhibetur contra pecca-
tum, ex charitate: est correptio fra-
terna. Dico ex charitate, nam iusti-
tia,

tia, alia remedia postulat, iuxta aliū finem quem considerat & prætēdit: ut ibi docet S. Thomas. Hæc quidē bona est descriptio: sed cætera quæ in hac materia cōmuniter docētur, huic descriptioni non consonant. Nā alii distinguere solent, inter fraternalm & iudicialem correptionē: alii eas confundunt. Abbas enim dicit, quod correptio fraterna non distinguitur contra iudicialem. Sed S. Thom. ar. 6. dicit eas distingui, quia correptio fraterna habet respicere emendationem fratris: & non habet coactionem, sed simplicem admonitionem. Contra vero iudicialis, quæ habet respicere punitionem peccantis: & euitationem damni cōmunis. Quem sequuntur communiter alii doctores.

¶ Nunc attende quām male sibi consentiant hæc dicta. Illi enim constanter asserunt, correptionem fraternalm præcipi ibi Matth. 18. At illa

DE FRATERNA

illa quæ ibi continetur, terminatur ad coactionem & punitionem: ut ipse textus aperte indicat. Sit tibi si cut ethnicus & publicanus. Quomodo ergo fraterna correptio excludit coactionem? Item dicunt, quod cor
reptio fraterna ordinatur solum ad emendationem fratris: ita quod si hæc non speratur, illa non est facienda. Et ita excludunt à correptione fraterna accusationem factam propter bonum commune, & denuntiationem quæ ordinatur ad punitionem delinquentis. Quod si verum sit, iam illa Euāgelica correptio fraterna non est, etiam si fiat ex charitate: quia tendit ad punitionem peccantis, & ad bonum commune, quādo emendatio illius non speratur. Deinde fit aliquando correptio fraterna, etiam secundum eos, prætermissa admonitione, per solam denūtiationem ad illum qui potest prodesse: quando videlicet id expedire cognoscere.

cognoscitur, & tamen non seruatur
tunc textus Euangeli, vt dicamur
fraterne corripere. Quòd si dicas,
fraternam correctionem sola inten-
tione distingui à iudicali, quia hæc
intendit emendationem fratris, illa
vero non, sed punitionem: non ergo
modus corripiendi & forma sunt di-
stincta, cum eodem modo corripien-
do possit prætendi, & emendatio fra-
tris, & commune bonum: & vtrunq;
ex radice charitatis. Quapropter
alius quidam dicit, quòd correctio
illa euangelica partim est fraterna,
partim iudicalis. Sed tunc frustra
laboratur ab omnibus communiter
opinatibus, quòd in correctione fra-
terna tenemur obseruare totū tex-
tum Euangelii usque ad excommu-
nicationem. Cum tamen, velint, no-
lint, habeant concedere, quòd in cor-
rectione iudicali non tenemur per
admonitionem procedere, præfer-
tim in publicis, vt ipsi dicunt in uno

Y illo-

DE FRATERNA
illorum casuum, quos excipiunt à re-
gula Euangeli.

¶ Aliter ergo mihi dicendum es-
se videtur, per conuenientem distin-
tionem. Quòd correctio fraterna
dus correp: vno modo potest accipi generaliter
frater
næ.
pro omni correctiōe fratribus, ex cha-
ritate procedēte. Et hoc modo, tam
iudicialis, quām non judicialis(mo-
do oriatur ex charitate) est fraternalis.
Quemadmodū omnes doctores acci-
pere habent, cum quærunt. An præ-
ceptum correctionis fraternæ, om-
nes obliget. Rationes enim per eos
adductæ ad suadendum partem af-
firmatiuam, & cætera quæ in ea ma-
teria tractari solent: ad utramq; cor-
rectionē pertinent. Nec obstat quòd
correctio judicialis, est actus iusti-
tiae. Hoc enim non tollit, quin possit
esse etiam actus charitatis. Nam iu-
stitia & charitas nō adeo repugnat:
quin potius veram ibi esse dicam iu-
stitiam, vbi est vera charitas, & non
absq;

absq; charitate. Hoc modo dicitur (& verissimum est) quod correctio fraterna obligat omnes, & respectu omnium. Quemadmodum omnes tenetur sese mutuo diligere, qd vni-cuiq; mandauit Deus de proximo suo.

¶ Alio modo accipitur correctio fraterna, prout distinguitur contra iudicialem. Et tunc correctio frater na erit quæ fit per fratrem, seu proximum, vt frater vel proximus est. Et iudicialis quæ fit per iudicem, vt iudex est. Et ita iudicialis ad solos prælatos & maiores pertinet, frater na vero ad omnes, secunduni regulā charitatis. Tenentur enim ipsi etiā prælati fraterne corripere vt patres, ea quæ secreta sunt: siue prætedatur in ea correctione bonum priuatum fratris, siue bonum commune om-nium.

¶ Tertio modo, potest accipi frater na correctio pro amicabili qua-

DE FRATERNA

dam obiurgatione, siue admonitione, extra iudicium facta: quæ solum prætendit ipsius correcti emendationem, nec etiam communem spectat utilitatē. Et de hac loquitur S. Thomas, cum distinguit correctionem fraternalm, à iudicali. Sed sic accipiendo, necesse est dicere, quod textus ille Euangelii, includit primo correctionem fraternalm, deinde iudiciale, quantum ad postremam partem. Similis distinctio potest fieri de denuntiatione, in fraternalm, & iudiciale: quam innuit S. Bonaventura, ut supra diximus conclu. 3. modo probandi. Et S. Thomas quoli. 1. q. 16. Ut vocetur simplex denuntiatio, quæ fit extra iudicium tanquam patri. Et iudicialis, quæ fit in iudicio tanquam iudici. Fraterna vero ut includat utrāq;, cum procedit ex charitate.

¶ Ex his patet, quod proprio loquendo fraternalia correctio ampliari de-

CORRECTIONE. 171

ri debet ad omnem illam quæ fit ex charitate, ad quam omnes tenentur, ut talis est, id est, ut procedit ex charitate. Vnde qui eam arctare volunt ad amicabilem, prætendentem tantum emendationem peccantis, vel ad eam solum quæ excludit iudicialem: non ita proprie videntur loqui.

¶ Tertia propositio. Circa præceptum correctionis fraternalę (quod quidem affirmatiuum est & nō pro semper obligans) non oportet nimis esse scrupulosos, eos præsertim quibus ex officio non incumbit corrīdere.

¶ Hanc propositionē cupio modis omnibus adnotari, quoniam ad sedandos conscientiarum tumultus (in pusillis præsertim) utilem valde esse arbitror, ac per necessariā. Pro cuius declaratione, ea quæ supra cōtrouersia sexta latius fuerunt disputata, non me pigebit iterum compēdiosē repeterē, ut quæ ibi ex professō

Y ; om̄

DE FRATERNA
omisimus, nunc iam opportunius
compleamus.

¶ Est itaq; (vt ibi diximus) senten-
tia S. Thomæ, Ricardi, Adriani, &
Gabrielis, peccare mortaliter eum
(qui cum possit corripere delinquē-
tem, & sperat eius emendationem)
omittit tamē corripere, vel propter
metum, vel ne incurrat damnum a-
liquod tēporale. Id quod fulcire ni-
tuntur. Primo quia qui sic omittit
& tacet, consentire videtur: quod dā
nabile est apud Paulū. Nam Rom. i.
ad vltima verba, habet glo. Consen-
tire est tacere, cū possis arguere, vel
De ciuit. 21 errorem fouere. Adducunt etiā pro
c. 26. se Augustinum dicentem. Qui non
habent fundamentū Christum, sunt
qui temporalia vel alia, Christo præ-
ponunt. Item illud quod habet glo.
Leuit. 2. ad illa verba. Succidā ipsū,
& omnes qui cōsenserint ei. &c. Con-
sentientes autē, qui. f. possunt accusa-
re, arguere, vel monere, & nō faciūt:

non

non effugient iudicium. Vnde & col-
ligi videtur, quod dissimulatio etia
priuati hominis: inducit peccatum
mortale. Item quia magister senten-
ex Augustino ita ordinat charitatē,
quod anima proximi plus diligēda
est quam corpus proprium, & ex cō-
sequenti, quam cetera temporalia.

In. 3. d. 19.
Aug. de or-
dine chari-
tatis lib. 1. d
doct. christ.
c. 17.

¶ Adiungitur etiam ratio. Quia
qui potest subuenire pauperi extre-
me indigenti, & non subuenit: pec-
cat mortaliter. Maior autem est ne-
cessitas eius qui est in peccato mor-
tali, igitur qui potest corrigēdo sub-
uenire, & non subuenit: peccat mor-
taliter. Prædictam sententiam Caie-
tanus sic limitat. Si videlicet omit-
tat ex intentione, secus si sola tepidi-
tate omittat. Itaq; si cogitat proba-
biliter se posse proficere, & omittit
correctionem propter aliquod tem-
porale, ex industria negligēs, peccat
mortaliter.

¶ Est præterea opposita opinio

Y 4 Eran-

DE FRATERNA

Francisci Mayronis (vt supra retulimus eadem sexta controuersia) quod nunq̄ mortaliter peccat omittēscor rectionem fraternalē: nisi omittendo consentiat peccato delinquētis. Quā quidem opinionem Mayronis, præceptum correctionis fraternalē quasi eneruantem: facile est cōuincere. Nā præter hoc, quod est cōtra omnium doctorum sentētiām (vt rationes ad nostram primam conclusionem demonstrant) aperte contradicit dicto Augustini sermone. 16. de verbis domini. Si non correxeris, peior eo factus es. &c. Deinde, si in eo casu potest succurrere proximo, & non vult: quomodo charitas dei manet in eo? Quomodo legem naturā nō violat. Diliges ptoximum tuum sicut te ipsum. &c.

¶ Propterea hac dimissa, priorem adeamus opinionem, expendētes diligentius, an vsq; adeo vera sit, vt ab eius authoribus existimatur. Et quidem

dem contra eam videtur reclamare Aug. qui (vt supra controuersia sexta citauimus) aperte afferit. Quando quis ob metum mortis, aut propter amissionem rerum temporalium, aut famæ lacerationem omittet correctionem, non peccare mortali ter. Item sequeretur, quòd propter correctionem faciēdam, cum rebus ipsis temporalibus debere etiam vitam exponere. Quod tamen nemo vñquām fecit, nisi forte perfectior quispiam. Pariter etiam concedendum esset, quòd inuasorem meū nō possem in meam defensionem occidere, sed deberent mortem ab eo illa tani sustinere: ne sic in peccato dece dat amo occisus. Id quod teret Augustin⁹ de Ancona. Hoc autē communiter reprobatur. Nam defensio in casu est de iure naturali, quod nulla lege infirmari potest. Item quia si verum esset id quod dicit de Ancona, tunc in bello, etiam iustissimo,

non

DE FRATERNA

non liceret quēquam occidere. Itē contra eum militat iuris canonici dispositio. Nam (vt habetur libro 6. de homicidio) non efficitur irregularis, qui ob sui defensionem, inuasoreū occiderit. Ex quo colligitur id licere.

¶ Arguitur rursus, cōtra prædictā Adriani & aliorum opinionē. Quia certum est, non tantum teneri priuatū hominē in correctione fraterna: quantum tenetur prælatus. Hic enim ex officio pastoris, tenetur etiam cū dispendio vitæ: saluti ouiu prouidere. Qui vero non est pastor, qua ratione obligari potest ad pastoris officium exibendum? Cum præfertim opus sit supererogationis, ponere animam pro amicis. Maiorem

Ioannis.15. (ait Christus) dilectionem nemo habet: quām vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quasi diceret. Communis dilectio & obligatoria minor est. Hæc autem summa & maxima

xima ad quam non omnes tenentur. Item quæ maior necessitas potest cōtingere, quām pueri baptizati & iā iam moribūdi? Et tamen nō teneor eum baptizare cum vitæ mæ dispe dio (vt omnes communiter fatētur) nec ergo teneor propter necessitatē correctionis, vitam meā exponere. Et nunquid præceptum correctio nis, non est præceptum eleemosynæ? At nemo tenetur facere eleemosynam, cum periculo vitæ. Cum Pau lus dicat. Non vt aliis sit remissio, vo 2. Corint. 8. bis autem tribulatio, sed ex æqualita te, suple, facite eleemosynam. His ergo & multis aliis, quæ ad idem poter amus in medium producere, vide tur quòd prædicta opinio nō sit vñsq; adeo vera.

¶ Harum ergo opinionum neutrām sequendo: dicimus planiorem esse nostram sententiā. Quippe quæ vtriusq; incommoda facile possit e uadere. Supposito enim (vt tenemus) quòd

DE FRATERNA

nemo cogitur ex vi illius præcepti,
ad corripiendum delinquentem per
seipsum si æque vel melius id potest
per alium, nec ad testes adducendos
adstringitur : vix potest imaginari
casus , quo , citra periculum , non
possit quisque adimplere præcep-
tum correctionis fraternalis : vel ab
eius obligatione absolui . Nā imagi-
mūr (verbi gratia) strictissimum ca-
sum qui solet communiter fangi. Et
sit fœmina adulterio committendo
parata, ne solo sciēte & potēte cor-
ripere , cum aliquali spe emendatio-
nis eius : imminet tamē vitæ, vel ho-
noris mei periculum, ex eo quod de-
ferente ipsa negotium ad adulterū,
ex ardescet ille in me tāquam in ho-
stē. In hoc casu , videtur præponen-
dam mihi esse salutem spiritualem
fœminæ , vitæ propriæ corporali.
Nam si non corripio , illa adultera-
tur. Si corripio , me ipsum prodo: &
vitæ periculo expono. Ut ergo vite-
tur

tur mulieris adulterium mea corre
ctione, necesse est ea corrīpere, etiā
si vitæ sequatur dispendium.

¶ Fateor (inquit) quod si talis da
retur necessitas proximi delinquen
tis, ut non nisi mea correctione pos
set à peccando arceri, ita quod ipsa
correctio esset medium necessariū
& præcisum ad eius emendationem:
tenerer utique eum corripere, morte
corporali non obstare. Nam potior
est salus proximi spiritualis, quam
corporalis propria: quanto potior
est spiritus corpore, & ideo merito
præferenda. Sed frustra singitur ta
lis necessitas in casu positivo, vel quo
cunque alio. Nam cum nemo possit
nisi libero arbitrio peccare, eadem
libertate qua peccat, potest à peccado
abstinere, & ita sine correctione fra
terna. Quod si addas in illo ignoran
tiam invincibilem, quae non nisi cor
rectione vinci possit. Respōdeo, illū
per talē ignoratiā excusari omnino,
vel

DE FRATERNA
vel si erat crassa, sibi imputet.

¶ Vnde verior & maior necessitas potest se offerre in præcepto eleemosynæ corporalis, quæ nō pendet ex libertate arbitrii: quam in corruptione fraterna. Si ergo non teneor cum vitæ periculo, succurrere extremam famem patienti: nec teneor etiam peccanti. Hoc quidem bene ad notauit dominus Abulensis super Matth. 18.q. 89. ad. 2. Est ergo resolutio. Quod si non possum corripere delinquentem (vel per me quando alius non esset, quod raro contingit, vel per alium quod frequentius accidit) sine dispendio vitæ, famæ, honoris, & huiusmodi: non quidem excusabor omnino à culpa, perueriens ordinem charitatis contra rectam rationem: sed tamen non est cur peccem mortaliter. Hoc sentit beatus Augusti. loco præallegato, & probat rationes contra primam opinionem paulo ante adductæ. Intelligo semper,

per, saluo bono communi. Nam si quis peccaret ignorantia, aut infidelitate (qui si instrueretur resipisceret, sin autē, errore suo officeret reipublicæ) tunc quidem corrigendus & instruendus esset à me, etiam cum vita periculo: non propter bonum priuatum ipsius, sed propter bonū publicum.

¶ Si vero absq; prædictis periculis, spem habeam probabilem emendationis, & sciens volensq; corripiere, omittam, vel per me, vel per alterum: non est dubium quin mortali-
ter peccem. Pro quo vide rationes,
& cæteras probationes ad primam
conclusionem principalem. quæ a-
perte ostendunt id directè pugnare
charitati. Nec obstat, quod ille ha-
bet libertatem, & potest & tenetur
resipiscere: quia & si nō est extrema
necessitas absolute, est tamen vrgēs
necessitas, quæ sufficit ad obligandū
in casu. Quemadmodum volenti se
su

DE FRATERNA

suspendere, vel præcipitare, aut occidere quocunq; alic modo: teneor (si possum) sub pœna mortalis culpæ succurrere: non obstante arbitrii eius libertate. Est enim vrgens neces sitas, & si non sit absolute extrema.

¶ Hoc quoq; obseruandum est, quòd id quod primo diximus, non peccare mortaliter eum qui metu grauissimi alicuius mali, prætermit tit corripere delinquentem: intelligere oportet de priuatis personis, se-
cūs est de præpositis: quibus ex offi-
cio incumbit corripere. Hi enim te-
nētur maiori quadam obligatione,
saluti prospicere subditorum: & dū
habetur spes, aut boni priuati delin-
quentis, quòd emendabitur: aut bo-
ni communis, quòd alii cauebunt:
non potest sine mortali culpa corre-
ptionem negligere.

Deciui. li.
i.c.9.

¶ Huc pertinet illud Augustini.
Quia in re (& loquitur de correptione
fraterna) non utiq; parem, sed lō
ge

ge grauiorem habent causam: quibus per prophetam dicitur. Ille qui dem in suo peccato morietur: sanguinē autē eius de manu speculatoris requirā. Ad hoc enim speculatores, hoc est, populorū præpositi, sunt in ecclesiis: vt non parcant obiurgādo. Vnde non solum tenentur præpositi bona temporalia propter correctionem postponere, sed vitam ipsam (si res ita postulet) contemnere. Nam bonus pastor, animam suā dat pro ouibus suis. Ioannis 10.

¶ Cum hoc autem quod sunt pastores siue speculatores, sunt etiam rectores reipublicæ. Rectoris autē, aut remp. administrantis est (vt docet Aristoteles) ciues bonos facere. Ari. 5. etib.
Vnde si id non carent, indigni sunt ut tali fungantur officio. Sunt etiam iustitiae exequutores, qui debent & pecnas & præmia pro meritis reddere, secundum iustitiam distributiā.

¶ Sunt deniq; patresfamilias in
Z Eccle-

DE FRATERNA
ecclesia respectu subditorum: quare
strictius q̄ cæteri obligantur, curam
habere familiæ suæ. Quā si non cor-
ripiūt: infideliter agūt. Siquis (inquit
Paulus) suorum (maxime domestico-
rum) curam non habet, fidem nega-
uit: & est infideli deterior.

¶ Ex his iā collige, q̄ cū prælati ecclesiæ sint
patres simul ac iudices subditorū, nēpe qui de-
bent peccata etiā secreta corripere (id quod ad
seculares iudices nō sic spectat) nō debet esse cō-
tēti foro publico & iudicii causarū: sed tenet
etiā sese exhibere ut patres, in hoc, ut diligenter
curēt inquirere, pariter & corrīgere secrete, pec-
cata secreta, quatenus præsenti remedio utiliter
emendētor, ante quām in publicum prodeant.
Vel etiam ne omni... o maneant impunita.

¶ Plurima si quidem (proh dolor)
impunita relinquuntur in magnum
dispedium animarum, eo quod pro-
bari publice non possunt: quæ si pru-
denti & pia sollicitudine disquirerē-
tur à præpositis, vel omnino corrī-
gerentur, vel in publicū prodire eui-
tarētur. Ex quo patere potest, quām
sit necessaria rōlidētia prælatorū, &

per-

personalis ipsorum visitatio. Nō enim
sic agere possunt vt patres per alios:
sicut ipsi per se. Tenetur ergo præpo-
siti vt iudices, intuitu boni cōis pu-
blica publice corripere: & vt patres,
intuitu boni particularis, vel etiā pu-
blici, secreta secrete admonere, aut e-
mendare. Interim tñ obseruare oportet,
expedire nonnūq à punitione pu-
blica cessare, vt cōtigit Dauid cū Ab-
salō filio rebelli. Nōnūq oportet eā
differre, quēadmodū idē Dauid di-
stulit punitionē Ioab. oportebit etiā
aliquando pœnā in aliud cōmutare.
Quarū rerū prudētia debet esse magi-
stra, quæ circa particularia versatur
& rerū circūstātias habet perpēdere.

¶ Vnde non immerito increpan-
di sunt, qui prionores sunt ad iudicā-
dum, & arguēdum superiorum præ-
sertim facta & dicta, censorum offi-
cium temerarie usurpantes. Cum ne-
sciant nec scire possint, qua de causa
quæq, res agatur, vel omittatur.

Z 2 ¶ Eos

DE FRATERNA

Epi logus.

¶ Eos igitur qui præpositi nō sunt admoneo, nō debere excruciaris crupulosa sollicitudine erga proximos delinquentes: cum id magis ad prælatos spectet, quibus ex officio incūbit habere curam sollicitam animarum. Cum autem cōmode poterūt, & spēm habet emendationis: debent ex charitatis præcepto corripere delinquētem, vel per se si res postulet, vel per alium præsertim prælatum idoneum: si id magis expedit. Nam processum illum Euāgelicum in tali correctione semper seruare, nec est neceſſe, nec expedit. Prælato etiā præcipienti, vt sibi tanquam patri reuelentur secreta nōdum correcta, vt secreta & prudentiore cura emendentur, parendum est: si talis sit qualis esse debet. Quòd si neutrum sine magno sui detrimento possunt facere, idest, nec per se, nec per alios admonere, vel corripere: nō est cur animo torqueātur tanq̄ rei culpæ mortalis.

talis. Nunc autem respondeamus ad obiecta Adriani & cæterorum. Ad illas duas glosas probantes eos cōsen-
tire in peccatum qui sciunt & non
corripiunt: fateor ita esse, primo de
præpositis, qui ad id strictius tenen-
tur (vt dictum est) Nec vacat à con-
sensu, saltem interpretatio, negligē-
tia eorum. Secundo dico, quod qui
non sunt præpositi, etiam cōsentire
dicūtur: quando commode possunt,
nec volunt coriripere. Secus est si ci-
tra magnum incomodum non pos-
sunt, quia tunc nec videtur consenti-
re formaliter, nec interpretatiue. Et
illud Augustini. Si nō correxeris pe-
ior illo factus es, cum grano salis est
intelligendum: si videlicet potes ci-
tra magnum dispendium. Alioqui
nullo teneris præcepto. Similiter il-
lud eiusdem Augustini. Qui non ha-
bent fundementum Christum. &c.
ex se patet. Nam qui sic iuste à corre-
ctione abstinent, Christum habent

DE FRATERNA
fundamentuni: cum illi temporalia
non præponant. Ad illud de ordine
charitatis, iam dictum est, quod ta-
lis ordo non obligat nisi in extrema
necessitate: qualis non potest esse in
proposito. Et per hoc respōdetur ad
aliud de eleemosyna corporali, quia
ibi potest esse extrema necessitas: nul-
lo alio modo relevanda, nisi per ele-
mosynam: hic autem non potest es-
se, saltem obligās ad mortale. Iuuat
etiam ad excusandum simplicium
negligentias in hac re, tum ignoran-
tia circumstantiarum quae obseruan-
dæ sunt in correctione fraterna, tū
etiam imperfectio actus. Quia, ut plu-
rimum non ex industria, sed ex in-
aduertentia omittunt corripere, &
ne videantur esse vitæ alienæ censore-
res. Hæc sufficit præstrinxisse, ad elu-
cidandam tertiam propositionem.

4. Propo.

¶ Addamus & quartam proposi-
tionem, huius tertiae appendicem.
Crimen fratris delinquentis, siue pu-
blicū,

blicum, siue secretum (salvo sigillo confessionis) manifestari potest prælato tanquam patri, qui prodebet posse, præsertim si ipse præcipiat sibi manifestari.

¶ Hæc propositio quantum ad priorē partē, nō multa indiget probatōne, cū ex aliis tribus fundamētis, quæ paulo superius præmisimus, constare possit. Cum enim bonum commune præponendum sit bono particulari, & salus animæ præferenda sit famæ, quæ omnia optime servari possunt tali modo correctiōis, facta videlicet secreta reuelatione prælato tanquam patri: non dubiū est posse fieri talem reuelationem. Quod autem hic modus conuenientior sit fraternæ correctioni, multis ex causis sic ostenditur. Nam per huiusmodi secretam & prudentem reuelationē, bono communitatis melius prospicitur, pax fouetur, scanda la cuitatur, vitia omnia, quamlibet

DE FRATERNA

secreta, curari possunt. Ad hæc autem, difficultate præcepti tam rigidi sublata, scrupuli conscientiarum penitus auferuntur. Hoc enim modo prælati admoniti cognoscent ouium suarum vultus: ex quo mederi poterunt secrete languidis, & robustorum salutem tueri. Scient etiā hac via quos debeant ad officia promouere, quos vero repellere. Ne vide licet illos in occasione ponat ruina, hos vero qui digni sunt, iniuste arceant à regimine.

¶ Alteram vero partem (quæ aliquibus fortasse rigidior apparebit) iam superius probauimus cū casus illos recenseremus, & nunc etiam sic ostendimus. Cum enim subditorū sit, præpositis suis obedire in licitis & honestis (quæ ad eorum spectant iurisdictionem) non possunt non obediēre in ea re, cum ab illis exigitur, ut talis reuelatio fiat. Nam si non tene-rentur obedire, hoc esset, quia (ut solet

let dici) ad præpositorum iurisditio
nem non pertinet illud præcipere.
At pertinet maxime. Nā qua ratio-
ne ius habent ad purgandum , illu-
minandum , & perficiendum subdi-
tos , & eorum bonum etiam publicū
procurādum: eadem ratione , ius ha-
bent ad ea præcipiendum , sine qui-
bus hæc fieri non possunt. Quid autē
non videt , multa impunita relinquē-
da esse , & ex consequenti grandē he-
ri iacturā communis boni : nisi quæ
ita secreta sunt & incorrecta , ad no-
titiam prælatorū deducantur ? Hoc
idem tenet S. Bonaventura super Lu-
cam. Ricardus , Gerson , Gabriel , &
Astenfis , Angelus cum cæteris sum-
mīstis . Et S. Thomas quoli . II . q . 13 . q-
quām alibi videatur tenere contra-
rium.

¶ Sed tamen obiicitur contra
hanc partem , quod prælati nō pos-
sint de occultis peccatis inquirere.

Quia ut habetur cap. Inquisitio-

nis

DE FRATERNA

nis de accusationibus, & cap. cum
oporteat, sine infamia non debet
fieri inquisitio, nec nisi in publicis:
nihil autem horū est in omnino se-
cretis: non ergo debet in illis fieri in-
quisitio. Huic autem obiectioni re-
spondetur primo. Quòd ille decre-
tales loquuntur plane de processu in
foro iudicali, & in forma iudicit: v-
bi non nisi iuridice probata corri-
piēda sunt: secus est extra iudicium,
præsertim quando speratur aliqua
vtilitas. Secundo dicitur, quòd regu-
lares ad illud non tenentur, vt habe-
tur in eodem titu.c.qualiter & quan-
do. Ibi enim dicitur, sicut accusatio-
nem, legitima debet præcedere in-
scriptio, sic denuntiationem chari-
tatiua monitio: & inquisitione, cla-
morosa insinuatio præuenire. Hunc
tamen ordinem, cōtra regulares per-
sonas non credimus vſq;quaq; fer-
uandum. Tertio dicitur, quòd illud
est intelligendum, quando inquisi-
tio

tio fit contra aliquem specialiter. Tunc enim nisi fit infamatus aut notatus: non proceditur contra eum. In inquisitione vero generaliter facta, bene proceditur: etiam si non præcedat infamia alicuius. De hoc ita habetur. c.i. de officio ordinarii. Habeant igitur Episcopi singularum urbium, in suis diœcesibus liberâ postatem, adulteria, & alia scelera inquirere, vlcisci, & iudicare. Hic (vt vides) nullam facit mentionem de infamia, præcedente ipsam inquisitionem. Et hoc idem communiter tenent iuris periti, quod videlicet absq; infamia procedi potest ad inquisitionem in generali.

¶ Id vero quod hactenus sæpe diximus. Si præpositus est talis qualis esse debet, ita intelligendum volumus: si non constet de eius malitia, & infidelitate, aut imprudentia. Quod duobus modis potest contingere. Primo quando certo scimus il-

lum

DE FRATERNA

lum esse virtūm probū, fidelem, prudētem, & in omnibus strenuum. Et tunc nō est dubium, quin teneamur illi obedire in reuelatiōe secreti criminis: cum ex tali reuelatione nullum sequatur periculum, & simul speretur correctionis vtilitas. Alio modo potest contingere, cum eam certitudinem non habemus, sed de eius idoneitate probabiliter dubitamus. Quo quidem in casu, superueniente præcepto, teneamur obedire: quia in rebus dubiis, stādum est præcepto superioris. Quòd si non ita bene succedat ut sperabatur, obedientia ipsa excusabit.

23. q. i. c. quid culpa.

Cæterum si constet præpositū non esse talem, ut ei tuto committatur secretum: vel adeo imprudentē, ut non putetur prodesse sed potius obesse: tunc certum est non esse illi obediendum in tali iüssione reuelationis. Quia (ut optime ait Bernardus) quæ pro charitate instituta sunt:

non

non debent contra charitatem militare. Nec habent prælati potestatē in destructionem: sed in ædificationem. Ita tenet S. Bonaventura, Ricardus, S. Thomas, quolib. II. q. 3. Qui etiam addit, quod non potest dari regulā generalis in denuntiatione facienda: propter varias conditiones tam prælatorum, quam subditorū. Per hoc limitare oportet id quod cō muniter dicitur. Quod cū non profest secreta admonitio ad correctiō nem: denuntiandum est prælato. Ni si videlicet talis existat, quod obesse speretur potius quam prodesse.

¶ Quantumlibet vero bonus fuerit prælatus, atq; ad proficiendum idoneus: non est illi parendum in ruelatione peccati de quo facta est iā emendatio, & inde non prætenditur aliquod bonum, vel priuatū ipsi⁹ delinquentis, vel publicū communitatū.

¶ Nam cum primis seruanda est fama

DE FRATERNA

fama proximi, citra detrimentum spirituale animæ vel etiam cōmune reipublicæ. Id quod docet Basilius (vt supra retulimus.) Omne, inquit, peccatum ad antistitem deferendū est: si tamen qui sciunt curare non possunt. Si igitur curare possunt, vel iam curatum est: non est cur defera-
tur. De hac autem delatione præla-
to facienda: ita loquitur Hugo de S.
To. I. f. 106. Victore, super illud Pauli. Significa-
tum est mihi de vobis fratres, &c.

Cuiq; nostrū incūbit, vt si peccata-
fratrū quæ nobis manifesta sunt, per
nos corrigere non possumus, præla-
to nostro indicem⁹. Nec id faciētes,
nomen accusatoris incurrimus, sed
culpam consentiētis euitamus. Quæ
verba sunt notatu digna, & nostro
proposito valde commoda.

3. Propositi. ¶ Quinta propositio est. Omnis
præpositus, siue secularis sit, siue ec-
clesiasticus, aut etiam regularis, tene-
tur seruare famam correpti: quantū
fieri

fieri potest sine detimento salutis,
personæ, vel communictatis. Præpo-
sitū autem intelligo, siue procedat
vt iudex, siue vt pater.

¶ Hæc propositio patet etiam ex
supradictis fundamentis. Hinc gra-
uiter conuincūtur errare iudices &
prælati, q; passin & indiscriminatim
omnia delicta reuelat, nō sine iactu-
ra famæ accusatorum, vel punitorū.
Quod fieri nō deberet nisi ob publi-
cā vtilitatē, ad deterrēdos homines
audaces & criminosos, ne forte simi-
lia cōmittant scelera, idq; in genera-
li, & tacito nomine delinquētiū: si fi-
eri posset Nec expedit omnia publi-
ce corripere, aut punire, sed publica
publice, & secreta secrete. Quòd si
quis obiiciat. Qñq; expedit publice
etiam corripere delictū eius qui nul-
la infamia notatus est, si tamen pro-
bari potest. Nam per hoc consulitur
bono cōmuni, ea ratione, quòd per
illā publicā correctionē, alii absti-
retur

DE FRATERNA

tur & timét, & sic respublica à vitiis
purgatur, quod non contingit in se-
creta admonitione, siue correctiōe.
Ad hanc obiectionē respōdet Abu-
^{Sup Matt.} lensis (& bene) Quòd nec bono cōmu-
18. q. 97. ni conuenit, publice omnia corripi,
quæ corripiéda sunt. Nam quæ sine
iactura famæ secrete possunt corri-
pi: id magis curandū est. Fama enim
etιā est bonū cōmune, sicut & priua-
tū: cum sit necessaria & propter nos,
& propter alios. Si enim cōtingeret
omnes infamari (cum non sit homo
qui nō peccet) periret communis fa-
ma reipublicæ, vel cōmunitatis. Fa-
ma autem perdita, effrenatius homi-
nes peccarent (vt fieri solet) Et ita
omnia in peius vergerent.

¶ *Sexta propositio.* Si quis nouerit
etιā secrete, aliquē esse hæreticū &
ex malitia errantē: tenetur etiā non
requisitus, eum denuntiare absque
prævia admonitione.

¶ *Hæc propositio innititur illi*
fun-

fundamento cōmuni & ab omnibus confessio. Quod bonū cōmune præfērēdum est bono particulari. Est autē non solū vtile, sed valde necessariū reipublice hæreticum ita denuntia re. Nam nulla potest esse pestis pernicioſior reipublicā: q̄ criminē hæresis. Hæc enim ex diametro pugnat cum religione, omniū bonorū præstatisfimo. Deinde citius serpit & necat ad modū veneni, quia animæ operationes velociores sunt. In re igitur tā periculosa, opus est præsentissimo remedio. Nihil aut̄ prodesset secreta admonitio: sed magis obesset. Nā præterq̄ quod hæretici nulla speratur correctio, ipse monitor periculo ſeſe exponeret grauis odii & inimicitiae, si incorrectum postea acuſaret. Nec est illi credendum etiā ſi centies emédatiōne promitteret. Solet enim hoc hominum genus, ad mentiendū eſſe promptissimū, vnde verius putandus eſſet talis fraude &

Aa dolo

dolo promittere: quam ex animo.

¶ Præterea nulla lege teneimur hæreticū secrete admōere. Quòd si lege aliqua positiuā ad id teneremur: ceterum saret haud dubie in casu, prædominantere ipsa lege naturæ: qua tenemur bonū publicū præferre bono priuato. Sed nulla est talis lex positiuā. Ex Euāgelio enim primo non habetur tale præceptum necessariæ monitionis, ut latius deduximus in tertia cōclusione principali. Stando etiam in opinione communi, quòd illud est præceptum, si peccauerit in te frater tuus. &c. adhuc non obligaret in causa, quia nulla esset spes emēdationis. Et qui arat, authore Paulo, in spe frumentus percipiēdi debet arare. At vero de nullo magis desperāda est emēdatio, q̄ de hæretico pertinaci, qui certissime paratus est cōtradicere veritati & disciplinæ: tātū abest ut sit paratus corrigi aut emēdari. Vnde propter. 17. Expedit magis vrsæ occurre-

olob s A

re ra

re raptis fœtibus: q̄ fatuo confidenti
in stultitia sua. glosa. Facilius erit
sanctis doctorib⁹ furori gentilitatis
occurrere , raptis ad se populis aliquo-
bus,& à bestiali eius ferocitate,ad fi-
dei pietatē conuerti:q̄ hæretico con-
fidenti in sui dogmatis perfidia. Ta-
lis nāq; subuersus est,& delinquit:cū
fit proprio iudicio condénatus. Vi-
de ibi glosam. Et Chrisostomus ait.
Népe illic de his loquebatur de qui-
bus corrigendis supererat spes, ac de
his qui simpliciter reluctabātur, nō
aduersandi affectu, sed studio verita-
tis discēdæ. Vbi vero manifestus fu-
rit omnibus, & perspicuus aduersa-
rius veritatis, cur obiecro pugnas in-
cassum? Cur aérē cædis? Hæc Chri-
stost. Post quē, itē simia eius Theophi
lact⁹. Quo pacto alibi dicitur, ne for-
te illos Deus ad pœnitentiā adducat:
Ibi quidē facit mentionem eorū, qui
enīdationis spē aliquam præferūt.
Hic vero incorrigibile dicit hæreti-

Tit 3.
Chrisost.

. T. 2

Theophi.

. T.

Aa 2 cum

DE FRATERNA
cū, & vndiquaq; adeo distortū, &
tam variis & multiplicib; modis
implicatum, vt sese nequeat ex his
explicare, sed per se sit condēnatio-
ni adiudicatus, idest, q nullā habeat
erroris sui excusationē. Quippe cū
nec illud possit prætendere, sese à ne-
mine fuisse admonitū, vel adveritatē
instructū. Hæc ille. Nulla est ergo de
homine hæretico expectatio emēda-
tionis habēda per secretam admoni-
tionē, quare nec lex debuit esse de ta-
hi admonitione facienda.

¶ Aliā vero causam, quod huius-
modi crimen tale est ut citissime
corrūpat rēp: experientia ipsa satis cō-

2. Timot. 2. probat, & B. Paulus illā non tacuit,
cū ad Timotheū ait. Profana & va-
niloquia deuita, multū enim profi-
ciunt ad impietatē, & sermo eorū vt
cācer serpit. Vbi glo. interl. Profana
verba, vt hæreses. Quo loco etiā The-
ophiliact⁹ ait. Violētū est hoc malū.
Quippe cui mederi nullo pacto pót.

Qui

Quidā enim vniuersa deuastant, nec
corrigi possūt. Cancer siquidē nō
b9 est: qui & circūiecta & propinquā
depascitur. Et Chrysost. Cancer mor
bus vtq; horrēdus, & qui medicina
contineri nequit, sed omnia indies
corrūpit ac perimit. Ideo nullū ei
remediū valet adhiberi. Ostēdit aut
eos, per hoc corrigi, emēdari quē nō
posse, qui spōte à veritate aberrau-
re. Igitur nec illud præceptū (si esset)
obligaret ad admonendum hereti-
cū, de quo(cū pessime noceat) nulla
speratur emēdatio. Accedit ad hoc
cōmuniſ cōſensus doctorū, quorum
hæc est sententia. Quòd cū peccatū
secretū est in damnū reip, temporale,
vel spūale (præſertim si sit periculū
in mora) statim debet nūtiari præter
missa admonitione, quòd de ipsa ad
monitione nullū speretur cōmodū.

Nec abhorret a proposito, quod Deute. 13.
olim ſtrictē præceperat De9. Si quis,
inquit, ſuadere voluit (ſiue cōſanguineus)

DE FRATERNA

neus, siue propinquus, siue amic⁹ sit)
ut adores Deos alienos, & te ad ido-
lolatriā prouocauerit, non parcat ei
oculus tu⁹, vt miserearis & occultes
eū, sed statim interficies. sit man⁹ tua
super eū: & post te omnis popul⁹ mit-
tet manū. Lapidib⁹ obrut⁹ necabitur
Et multa similia ibi inculcātur. Et i-
terū Deut. 17. Vbi aduertēdū est quōd
loquitur de peccato etiā occulto, de
quo propter periculum & enormita-
tem criminis, nullā vult fieri admo-
nitionē. Quare nō immerito secūdū
ius canonicū, receptator hæretico-
rum, habetur de hæresi suspectus, &
purgatio ei canonica indicitur: in
qua si defecerit, iure puniri potest vt
hæreticus: eo quōd hæreticū nō pro-
diderit vel denūtiauerit. Idē est iudi-
cium secundum ius ciuale, de eo qui
proditorē ciuitatis occultauerit: vel
cælauerit latronem. Quib⁹ cōsonat
diui Augusti. sentētia ad Catulanū.
Qui veritatē(ait) occultat, & qui mē-
daciū

Augusti.

daciū dicit, vterq; reus est. Ille quia prodesse non vult, iste quia nocere desiderat. Patet ergo quod nulla est lex positiva de admonendo hæretico, antequam denuntietur. Sed & ipsa lex naturalis rectam rationem sequens, talem admonitionem dānat: ex qua nullus fructus sequitur, sed ingens dānum reipublicæ. Vetat etiā rationē habere famæ delinquētis: ubi & salus animæ periclitatur, & commune bonum reipub.

¶ Colligitur ex dictis primū, hæreticū, ut in propositione dicitur nā esse admonendū: sed denuntiadū, vel accusandū. Colligitur secundo, gravioriter errasse eos, q; cū dixerint illud euangelii Matth. 18. præceptū esse, de omni peccato corripiēdo: nō exceperūt ab illo processu crimen hæresis. Tā necessario excipiēdū. Colligitur tertio, parendū esse libenter editis & præceptis dominorū inquisitorū hæreticæ prauitatis: quibus re-

DE FRATERNA

et iubet, ut de quolibet crimine ad
haeresim pertinente, etiam si occultum
sit, eis fiat denuntiatio. Cum etiam si id
no præciperent: nos teneremur face-
re, secundum ea quæ præscripta sunt.

¶ Signanter autem diximus ex ma-
litia errantem (talis enim proprius est
haeticus) quia si quis forte ex igno-
rancia veritatis, aut determinationis
Ecclesiae circa res fidei erraret: meri-
to esset prius admonendus, quam denun-
tiandus. Huiusmodi namque homines
facile corriguntur: si charitatue in-
struatur in veritate. Alioqui errare
sæpe etiam contingit doctiores. Quod
si quis eos immediate denuntiaret,
qui ex ignorantia errant, existimans
se bene facere, & nulla depravata in-
tentione motus: non ideo dixerim eum
mortaliter peccasse. Esset tamen hoc
tutum simplicioribus, ut ad denuncia-
tionem nunquam procederent: nisi con-
sulto prius aliquo viro docto, & præ-
sertim suo parocho, a quo possent il-
lumi-

luminari. Sic. n. & famæ errantiū ex ignoratiā consuleretur: & pceptū de denūtiatiōe faciēda cauti⁹ seruare.

¶ Contingit autem quandoq; vt nesciat quis discernere, erret ne homo ex ignorantia, an ex malitia: quo casu quid factu opus est? Quidā ita dicunt, quod talis proculdubio sit admonendus secrete, priusq; denuntiandus. Quia denuntiatio fieri non debet, nisi de crimine certo & indubitate: nisi forte esset usq; adeo violenta suspicio, vt imminere videatur euidens damnū reip. Tunc enim denuntiandum esset, nō sine scrupulo dubitationis simul referendo dubitationis causas. Vbi locum aptum habere videtur illud. Priusq; interro Eccli.ii. ges nō vituperes quemq;. Et regula iuris. Quilibet præsumēdus est bonus: nisi probetur cōtrariū. Quod in simplices & idiotas magis cōpetit. Sic respōdere solent cōmuniter. Sed absq; præiudicio aliotū, ego sic arbitror

DE FRATERNA

respōdendum. Quòd si talis casus cōtingeret, vt æque invtrāq; partē effet de homine dubitandū, vtrū ex malitia an ex ignorantia erraret (id quod rarius est circa idiotas & simplices) nō necesse effet hominē admonere, cū ad id nulla lege teneamur. Nam si qua lex est obligās, est vtiq; lex charitatis: ne videlicet proximus diffametur. At ibi hoc non est timendū. Quia si ex ignorantia errat, nō propterea diffamatur deprehensus in errore, nec de hæresi fit notatus. Si vero ex malitia peccat, merito infamatur, & sibi imputet quòd fama indigne efficitur: cuiq; iniustæ famæ bonū publicū citra cōtrouersiā est præferredū, quod ex eius errore nō minimā iacturā acciperet. Cur etiā admonedo debemus nos periculo exponere, vel calumniæ, vel odii, si forte ille repertus fuerit contumax, & ex malitia errans.

Deinde dico, quòd si admonitio sic facie

facienda (quæ tamen in casu necessaria non est) consultius esset eam fieri per aliū. Nam hoc modo declinatur periculum, & correctioni delinquētis cautius prouidetur. Si enim ex ignorantia errabat & corrigitur: bene quidē. Si autē fuerit deprehensus ex malitia errare: tunc poterit per me denuntiari, & per aliū tanq̄ per testem coniprobari, ut ipsa denūtatio maiores vires habeat.

¶ Quod si dicas, nemo denuntianus est, nisi de certo & indubitate criminis. Fateor si denuntietur tanq̄ iam hæreticus. Sed in casu probabilis dubitationis, pōt saltē ut suspectus de hæresi denūtiari, quia videlicet hæresim asserit, & quo animo id faciat ambigitur. Hic mihi videtur in prædicto casu optimus corripiendi modus. Quo videlicet prouidetur cōmuni vtilitati, & saluti delinquētis. Et ipse corripiens seu denuntiās se se ab imminentī periculo liberat.

For-

DE FRATERNA

Fortis adhuc obiicitur ex textu Pauli ad Titum. 3. Hæreticū hominē post vñā & secūdā correctionem deuita. Vbi videtur Paulus præscribere modū corrigēdi hæreticū. Idq; non per denuntiationē, sed per vñā aut alterā correctionē, idest, obiurgationē, seu monitionem. Huius itaq; argumenti occasione libet locū illū Pauli diligētius expēdere, vt appareat q̄ nihil obstat prædictis. De quo supra etiā meminimus, cōclusione. 2. Quo circa illud obseruandū est, quod bea

Super Luc. tus Ambro. sic legit. Hæreticum hominē post vnam correctionē deuita.
27. et Titū. 3 minē post vnam correctionē deuita. Quē locū ita edidicerit. Hæretici sunt qui per verba legis legē impugnant. Propriū enim sensū verbis adstruūt legis, vt prauitatem mentis suæ, legis authoritate cōmēdent. Sciens enim impietas, authoritatē multū valere: fallaciā sub nomine ei⁹ cōponit. Ut quia res mala per semetipſam acceptabilis esse nō potest: bono nominis

cōmendetur. Idcirco huiusmodi homines ut inexcusabiles sint : semel corripi oportet. Frequentius enim correpti, exercitatores fierēt ad perditionē multorū. Ideo dīmittendos, ut negligētores effecti, soli forte pereant. Hæc diuus Ambro. Hoc etiā A nnотatio
adnotauit Erasm⁹. Sic (inqt) Ambro nīb⁹ ad Ti
hus legit. Post primā correctionē de tum. 3.
uita. Interpretans hos dumtaxat semel admonēdos, ne si s̄apie id fiat,
cōfirmatores reddātur in malo. De
uitādos esse ut sibi relicti, aut frigeāt
nemine obſistente, aut soli pereant.
Ambrosianā lectionē hodie sequimur, qui hæreſeos semel conuictū, si
relabatur, non deuitamus sed incēdi
mus. Sic citatur Ambrosius. 24. q. i. c.
quæ dignior in fine.

Sic etiā legit Tertulian⁹ de præ
ſcriptionibus hæreticorum, quasi in
principio. Sic legit Ciprianus lib.
3. Ad Quirinū. c. 78. Sic legit Hirenæ⁹
lib. 3. aduersus hæreſes. Qui fuit disci
pulus

DE FRATERNA

pulus Pollicarpi, S. Ioannis apostoli
discipuli. Hieronimus tamen in eo-
dem loco fatetur, se vtrāq; lectionē
reperisse, apud Græcos, vt Ambrosi⁹
legit. apud Latinos, vt nos legimus.
Additq; Hieroni. Quare post primā
& secundā correctionē deuitadus sit,
reddit causam. Quòd subuersus est
huiusmodi, & peccat, cū sit à seipso
damnatus. Qui enim semel bisq; cor-
rectus, auditō errore suo nō vult cor-
rigi: errare existimat corripiētē, &
e cōtrario se ad pugnas & iurgias ver-
borū parans, eum vult lucrifacere
à quo docetur. Hæc Hieronymus.

Nota.

¶ His ergo præmissis, constanter
dico nos non habere ex beato Paulo:
quòd sit hæreticus admonendus fra-
ternaliter. Et ex cōsequenti:mos quē
nunc seruat Ecclesia in puniēdis hæ-
reticis: in nullo pugnat cum senten-
tia Pauli. Quod vt evidēti⁹ fiat: hoc
in primis obseruandū est. Beatū Pau-
lum nō ad quoscunq; sententiam il-
lam

Iam suā direxisse, sed ad Titū q̄ erat Episcopus. Quippe ad quē expectabat ex officio, hæreticū corripere: & per excōmunicatiōis sententiā deuitare. Vnde verbū illud. Deuita, significat, id est fac deuitari ab aliis: ne per cū cæteri inficiātur, ut Nicolaus Lyran⁹ ibi expōit, & similiter S. Tho. Loquebatur ergo Aposto. ibi de correptione à præpositis facienda. Quorū interest hæreticos primo admonendo & obiurgādo corripere. dein de si corrigi noluerint, ab ecclesiæ cōmunione separare. Cæteris autē alia profert dogmata. Si is, inquit, ^{1. Cor. 5.} qui frater nominatur inter vos, est fornicator, &c. aut idolis seruiens, cū eiusmodi nec cibū sumere. Quasi diceret. Ab homine hæretico, qui nomine tantū est frater, opere autē idolis seruit: omnino cauete. Nec aue ei dixeritis (inquit Ioannes) tantū abest ut à vobis sit admonendus, aut corripiendus. Vbi Beda venerabilis ait. Beda
TAN

DE FRATERNA

Tanta tunc apostoli atq; eorū disci-
puli in religione cautela vtebantur,
vt nec verbi quidē cōmunionem cū
aliquo eorū qui à veritate deuiarū;
habere paterētur. Apostol⁹ ergo qui
& sapientibus & insipietibus debito
ré se esse nouerat: in episto. ad Titū
præpositos instruit, quemadmodum
debeāt erga hæreticos authoritatis
suæ officium moderari. Et in episto.
ad Corinthi. docet subditos nul-
las cū hæreticis moras trahere. Vide
bat enim periculū inde sequuturū.
Patet ergo primum, quòd sententia
Pauli responsioni nostræ nō aduer-
satur. Patet etiā secundū, quòd mori
ecclesiæ non contradicit. Siue enim
Ambrosianā, siue vulgatā sequamur
lectionē: salua res manet. Nam Pau-
lus ibi non loquitur de lapsu & rela-
psi hæreticorū, vt quidā sonniant,
inter quos est Erasmus, qui consuetu-
dinē ecclesiæ in puniēdis hæreticis
suggilans, ait. Hodie lectionem Am-
brosia-

brosianā sequimur. Quasi dicat, vix
semel auditos hæreticos: mox incen-
dio tradim⁹. Nō, inq, meminit Pau-
lus illic de dānatione hæretici post
relapsum, vt interpretetur primā
correptionē fieri post lapsus, secun-
dāni post relapsum, vt isti dicūt: sed
loquitur de processu iuridico per
Episcopum faciendo, vt primo, vel
secundo etiam admoneat & arguat
hæreticum, quē nisi resipiscat cēsu-
ra sua deuitandū pronuntiet. Ut vi-
delicet ante q ab Ecclesia separetur,
erroris sui & contumacia ipse con-
uincatur. Et ita intellexerunt docto-
res veteres. Ecclesia autem consuetu-
dinē laudabilē quid opus est hic de-
fendere aduersus obtrectatores & de-
generes filios? Profecto nō semel aut
bis, sed s̄epius, delinquentes præmo-
nere cōsuevit pia mater Ecclesia, an-
te q primā in eos sententiam profe-
rat: tantum abest ut vix auditos se-
mel condemnnet.

DE FRATERNA

¶ Quidam aut̄ vir doctus ita mihi respōdit, cū ab eo peterē sensū Pauli in p̄fato loco. Loquitur, inquit, Aposto. ibi de admonitione faciēda homini ex ignorantia errāti. Qui se mel iuxta Ambrosium, aut bis iuxta lectionē vulgatā, admonendus & instruendus est. Nam qui aperte contumax fuerit & veritati cōtrarius: non admonitione, sed punitione debita est corripiendus. Et citabat ad hoc Hieronymū adnotantē vocabulum Græcū, nuthesiā, nō correctionē, sed cōmonitionem sonare, & doctrinā absq; increpatione. Mihi tamen, salvo meliori iudicio, non videtur ille sensus Pauli. Nā et si cōstet aliquē esse hæreticū, nihilominus est admonendus & corripiendus à p̄posito: anteq; cōdemnetur. Nemo enim dānandus est nisi cōuictus vel spōte cōfessus, vt aut̄ cōuincatur, vel cōfiteatur: admonendus est. Loquitur ergo Apostolus de hæretico, qui nō ex ignorantia peccat, sed de illo qui vere per-

tinax est. Qui ut tandem à cōmunione
fidiū proiiciatur, per episcopū, vel
iudicē admonēdus prius & corripiē
dus est: ut cū pertinaciter restiterit,
merito cōdemnetur. Id quod sancta
mater Ecclesia facere cōsueuit. Non
ergo loquebatur ibi Paul⁹ de errore
hominis ex ignorātia (vt iste dicebat)
nec de lapsu & relapsu hæreticorū
(vt alii interpretabātur) sed de cōfū-
mato hæretico, ut ab ecclesia dānare
tur præmissa vna, aut altera corre-
tione. Pluries vero admonere talē, su
perfluū, immo & perniciosum esset.
Hūc sensum præfert Ambro. Hier.
Chrīso. Theophi. & oēs fere gloſiæ.

¶ Septima propositio. Si peccatū 7. Proposi-
tio
fuerit manifestū, & peccator occul-
tus, me tantū conscio, teneor præla-
to præcipienti reuelare personā se-
crete vel publice, si id necessariū esse
iudicatur ad salutē ipsius peccantis,
vel bonum publicum, vel priuatū:
ut pote ad tollēdum scandalum, vel

DE FRATERNA
ad restituendum famam alicui.

¶ Sit autem prima ratio ad hanc propositionem probandam. Quia praelatus iure praecepit in tali casu, sibi fieri revelationem personae. Nam cum bonum publicum praeponderet bono priuato, & bonum spuiale delinquentis, bono famae eiusdem: aequaliter est, ut respectu horum honorum, nulla habeatur ratione famae temporalis. Cum ergo hanc aequalitatem, immo & iustitiam seruare spectet ad praefati officium, nec ea possit in casu seruari absque revelatione personae delinquentis (ut suppono) recte igitur praecepit praefatus talis revelationem sibi fieri, & ex consequenti, est illi necessarium parandum. Item hoc est apud omnes in confessione quodcumque peccatum secretum vergit in dampnum publicum, vel etiam in dampnum spuiale ipsius peccatis: tunc est reuelandum, praesertim ad preceptum praefati: a fortiori ergo si peccatum est notoriuum, licet persona occulta sit.

¶ Præterea, in predicto casu teneatur peccatum ipsum prodere. Nam ut

habetur. s. q. i. c. quidā maligni. Ille q
crimē imposuit Caftorio quasi per
libellū famosum, excōmunicationis
sententia percutitur, nisi se prodide
rit, & cōfessus fuerit crimē suum. Si
ergo ipse delinquens sese manifesta
re debet ad imperium prēlati: à for
tiori, & ali⁹ cū detegere tenetur. Ma
gis enim quisq; tenetur ad famiā suā,
quām ad alienā. Et amicabilia quæ
sunt ad alios, procedere debent ex a
micabilibus quæ sunt ad nos, autho
re Aristotele. Respondebis forte, il
lud capitulū nihil cōcludere: quia
in eo casu peccator debebat se pro
dere, ex eo quod tenebatur restituē
re famam, quā sine sui proditione
nō poterat restituere. Sed re vera nō
satisfacit. Nam si famae restitutio dū
taxat erat in causa, illa optime fieri
poterat sine sui proditione. Nempe
si ipsi Papæ vel in confessione vel ex
tra cōfessionē diceret: quo facto pos
set Papa per se famā restituere abun

DE FRATERNA

de satis. Si diceret se iam nouisse per
sonā. &c. Non enim necesse est famā
per seipsum restituere: eum qui oc-
culte detraxit. Satis est, quod per a-
lium fide dignū. Cur ergo excōmu-
nicari præcipitur ille, nisi sese prode-
ret? Ob' id nempe, vt obuiaretur scan-
dalo imminenti. Et vt cæteri dein-
ceps cauerent similia committere.
Multi enim secreto confisi, multa
eaq; nefanda audent perpetrare: qui
si cogitarent secū, ad reuelationē sui
debere cogi: forsitan abstinerent.

Conclu. 5.
casu. 3.

Hac de causa (vt supra diximus)
peccata occulta Acham, Ananiæ,
& Saphiræ simul cū ipsis personis,
reuelata fuerūt populo: vt sic abster-
rerentur, & metuerent similia aude-
re cōtra dominū. Quis enim non vi-
det, q̄ magis præstet communis pro-
fect⁹ populi, q̄ fama cuiqdā hominis
particularis, eaq; iniuste possessa?
Quod si dicas, non esse faciendā
inquisitionem, nisi vrgēte infamia,
vt di

vt dicitur.c.inquisitionis.&c.opor-
tet de accusa. Ad hoc iam supra re-
spōdi,& iterū respondebo, quòd nō
est facienda inquisitio specialis con-
tra aliquā determinatā personā,nisi
laboret infamia. Quòd autē generali-
ter fiat , rationibus prædictis nihil
prohibet, ut dicitur. c.i.de officio
ordi.&c.de accusa.c.olim.&c.Roma-
na,de censibūs. Itē. ff.de officio prasi-
dis.l.congruit. Adde quòd non est fa-
cienda inquisitio,vbi nulla omnino
est infamia,nec delicti videlicet,nec
personæ. Vbi tamē aliqua fama est,
vel solius delicti:potest fieri inquisi-
tio saltē in genere. Hoc idem quod
nostra hēt propositio , tenet S.Tho.
quoli.ii.q.12.His cōsideratis , inquit,
credo quòd si aliquid delictū esset
carnale,vel spirituale,quodvergeret
in detrimentū multitudinis: statim
reuelandum esset. Cum præponen-
dum sit bonū cōmune bono particu-
lari,sive famæ,sive cōscientiæ in or-

q.t. ad 195
p. p. 2. ad 195

S.Thom.

dine charitatis. Quando vero nō timeretur multitudinis detrimentū, vtrunq; seruari oportet: corrigendo secrete. Hæc ille. Vide eundē. 2.2.q.33

Gerson. 1.p. ar.7. Item Gerson sic habet. Si pecca
alpba. 34.q. tū sit publicū, & persona occulta: te-
netur subditus interrogatus, dicere
tam de se, q̄ de aliis. Et in hoc nō pro-
dit se, sed obedit legi Dei & suo supe-
riori, q̄ cogit reuelare. Nō tamē tene-
tur in publico hoc dicere. Hæc ille.

Tu vero intellige, non esse pu-
blice reuelandum, quando suffi-
cit secrete. Alioqui etiam publice
esset dicendum: cum eadē ratio tunc
militet. Si videlicet nō posset aliter
prouideri bono cōmuni, obuiari scā-
dalo aut saluti delinquentis vel alte-
rius prospici. Tūc enim (vt diximus)
non oportet rationē habere famæ.

Quia vero dictum est in propo-
sitione, si iudicatur esse necessarium
ad bonū cōmune. &c. Emergit diffi-
cultas. Quid si tantū sit vtile, non ta-
men

men necessarium? Vtile (inq) vel cōmunitati, vel personæ: ita quòd ex tal reuelatione speratur maior fructus spiritualis, & exemplum humilitatis præbetur. &c. Ad hoc respondeo, quòd etiā ob talē vtilitatē consequendā, reuelare personā non esset incōueniens, immo valde cōueniens. Et est eadem ratio in promptu, quia bonū cōniuncti p̄apponēdū est bono particulari, & bonū spirituale, bono temporali famæ. Idem esset si maius bonū temporale sequeretur ex reuelatione, q̄ sit fama, idest, cū parua læsiōe famæ. Et cōfirmatur ex eo quod supra diximus cōclu. s. casu 6. Quòd peccatū cōpeccantis potest reuelari in cōfessione: quādo cedit in vtilitatem propriā, vel alterius. Ad quod probādū nō vnum aut alterum, sed magnā turbā doctorū ibi citauim⁹.

¶ Octaua propositio. Ante accusatio- 8. Propo.
nationem, non est necessario facienda
admonitio, vt quidam dixerunt. 8. 23

Hec

DE FRATERNA

¶ Hæc propositio ex eodē fonte
deducitur cū priorib⁹. Quia scilicet
bonū cōmune, semper præhabendū
est bonū particulari. Accusatio aut̄
ad bonū cōmune tendit, quia ad pu-
blicā delictorū punitionem, ne desæ-
uiant in rēpublicam: nec in hoc spe-
ctare oportet ad correctionem par-
ticularem ipsius delinquētis: dūmo-
do accusatio sortiatur suum finem.
Ipsa aut̄ familiaris admonitio: plerū
q; est impeditua huius boni cōmu-
nis. Nam ex illa admonitione, incor-
rigibiles fiunt cautiōres ad peccādū,
& ad fugiēdum præpositorū poten-
tiā, & ita vitia manēt incorrecta. Et
scādala quotidie suboriuntur fiūtq;
mali peiores inde & audaciores: fri-
gescēte disciplina ex defectu accusa-
tionis.

¶ Facit etiā ad propositū, id quod di-
xim⁹ supra de denuntiatione, quod,
non præexigat talē admonitionem,
ex quo sequitur quod nec accusatio-

331

Quo

Quo circa notandū est, nomē accusationis plerunq; cōfundi cū denuntiatione in ipso iure, vt patet titu.de accusa. vt ibi notat glo. In nostra autē propositione strictius capitur, pro actione videlicet, qua quis petit punitionē aut satisfactionē à reo apud iudicē, & nō vt testis accedit. Et tūc incubit sibi probatio, in qua si forte deficiat, p̄cenā talionis subit, quare pauci sunt qui sic velint accusare. Igitur ad obuiandum malis, nō opus est tali accusationē, sufficiet denūtiatio, vt bene notat Angelus. Accusatio. §.
 i. Vnde quando doctores cōmuniter dicunt aliquem teneri ad accusationem faciendā, intelligunt, vel denūtiationem. Hinc patet, quod cū rigidor multo sit accusatio q̄ denuntiatio, illatio ista bona est, quā supra cōclu. 3 intulimus. Ad accusationē nō necessario est præmittenda admonitio, ergo nec ad denūtiationem. Ad hoc respondet Ricardus non valere

con-

DE FRATERNA

consequentiam, quia (ut inquit) in accusatione tēditur ad depositionem seu punitionē: ut habetur de accusa.
c. qualiter & quādo. In denuntiatio-
ne vero, tendendū est ad correctionē
& emendationē fratris: ideo hic re-
quiritur admonitio, ibi nō. Sed hæc
respōsio Ricardi, magis videtur cor-
roborare illam consequentiam. Nā
cū ex accusatiōe, maior sequatur in
famia q̄ ex denuntiatione, lentius &
mitius agendū esset per secretas ad-
monitiones, anteq̄ ad accusandū pro-
rūperetur, q̄ ad denuntiandū, ex quo
minus incōmodū speratur. Si dicat,
quòd accusatio ex se ordinatur tan-
tum ad bonū cōne: & ideo non præ-
requirit admonitionem, idem dicā
ego de publica denuntiatione, quòd
etīā est ad bonum cōne: id quod & i-
pse Ricardus fatetur. Aliter respon-
det S. Tho. Quòd accusatio respicit
bonum cōne, & cum hoc debet fieri
ad evitādum periculum vel dānum
mul-

multitudinis: unde quādo tale periculum imminet, statim sine admonitione facienda est. Idē Abulensis ubi supra.q. 97. Idem Durandus. d.19. q.4. solu.1. Palude vero dat duas solutiones, & illā magis probat quæ dicit quod ante accusationem nō requiri tur admonitio. Quem etiā sequitur Adrianus. Sed S. Tho. addit alteram solutionē præter illam quā dixim⁹. Quod ante accusationē requiritur admonitio in foro conscientiæ, non in foro iudiciale & exteriori. Neutra tamen harū solutionum videtur soluere nodum. Nā prima deficit, quia (vt iā dixim⁹) sicut accusatio ordinatur ad bonū cōne, & ad euitandū malum imminens cōitati: ita & denuntiatio saltem publica. Per hāc enim, prouideri optime solet malis publicis, & meli⁹ q̄ per accusationē, extra causam iniuriarū. Secunda etiam solutione non satisfacit. Nā etiam in foro conscientiæ pōt procedi ad accusatio-

DE FRATERNA

sationē, sine admonitiōe. Qui enim
sic procedit non peccat: quia vtitur
iure suo. Iura enim permittūt & do-
cent, sic proccdere. Et quidem iuste.
Alioqui iura ipsa essent in laqueum
potius animarū. Nec valet dicere, in
telligēda esse iuris canonici decreta,
in foro iudicali, & nō in foro cōsciē-
tiæ: quia nulla alia lege vel naturæ,
vel possitiua, tenemur admonere an-
te accusationem, vel denūtiatiōem:
ut satis supra ostendimus. Igitur in
foro etiam conscientiæ hæc sequen-
da sunt: & non tantum in iudicali.
Quis enim dubitat bonum publicū
impriniis esse procurādum, quod fit
per denuntiationem vel accusatio-
nem: siue ille qui deliquit correctus
maneat, siue non?

¶ Caietanus volens prædictā solu-
tionem S. Tho. defendere, fingit ta-
lem distinctionem accusationis. Ac-
cusatio, inquit, aliquādo est debita, a-
liquando est licita solum, & non de-
bita

bita. Tunc autem est debita, quando periculum imminet multitudini, & hæc nō prærequirit admonitionem sed statim debet cōmuni bono prouideri. Tunc vero est licita accusatio, quando adsunt testes & tale periculum non imminet: & hæc præquirit admonitionem.

¶ Sed (salua tanti viri reuerentia) huiusmodi distinctio cū sententia S. Tho. non quadrat. Dicit enim S. In. 4. d. 19. Tho. fine exceptione, quod quando- q. 2. ar. 3. q. 1. cunq; plures sciunt peccatum, & nō ad. 1.; vnus tantū, statim dicendum est illi qui potestatem habet corripiendi: si autem vnus tantum sciat, tunc ille necessario debet prius admonere fratre. Cum ergo ad denuntiandum (secundū eum) non prærequiratur admonitio quādo pluribus constat: à fortiori nec ad accusandum in eodem casu præmittere oportet admonitionem. Non ergo apparet cur in foro conscientiæ teneamur admone-

DE FRATERNA

re peccantem: potius q̄ in foro iudiciale, vt S. Tho. prætendit. Et Caietanus sua distinctione defendit. Nec aliunde existimo hāc doctrinam promanasse, quām ex illo falso principio: quod ille ordo & processus euāgelicus obliget in correptiōe facienda cuiuscunq; delicti.

¶ Propositi. ¶ Est alia propositio ex prioribus sequens. Obedire oportet episcoporum præceptis, & rationalibus eorum edictis, quādo per se aut per alios visitant ad corripiendum excessus, & expurgandam diœcesim.

¶ Hanc propositionem sic genera liter dictam facile est probare, tum ex fundamentis iam dictis, tum etiā ex testimoniis scripturæ. Huc enim pertinet id quod Apostolus præcipit. Obedite præpositis vestris: & subiacete eis. &c. Et illud. Omnis anima superioribus suis subdita sit. & cetera id genus multa. Et ratio est in propria. Quia dei vicarii sunt: quos qui spernit,

Hebre. 13.
Kom. 13.

spernit, nō potest deum ipsum non spernere. Illorum etiam est bonum publicum, & salutem animarum diligenter procurare: quæ duo facere non poslunt, nisi eorum præcepta recipiantur, & debita obedientia impleantur. Circa prædictā vero propositionem hoc animaduertendum est (cuius rei causa, & à me posita est) quod episcopi & visitatores in suis publicis edictis & mandatis, raro aut nunqu mentionem faciunt fraternæ admonitionis, sed indistincte omnium delictorum accusationem, siue denuntiationem, sibi fieri iubēt. Ex quo non parua nec infrequens nascitur occasio scrupulorum in subditis: an teneantur reuelare etiam secreta peccata fratrum, an tatum publica & non correcta, & multa similia. Qua quidem in re, nec prælati audent intentionem suam populo explicare: delusi fortasse & territi communis illa doctrina, ex falsa intelligē

305

DE FRATERNA
tia Euangelii deprompta, nec subdi-
ti sciūt, nec edoceri possunt quid fa-
ctu opus sit. Nam si secreta reuelant,
putant se transgressores esse Euange-
lii. Si peccauerit in te frater tu⁹. &c.
Si non reuelant existimant se censu-
ris Ecclesiasticis innodari, & ita qua-
si perplexi manent. His autem incō-
modis non aliter mederi posse arbī-
tror: q̄ si iuxta sanctorum doctrinā
à nobis vtcūq; expositam, & pla-
num sensum scripturæ, præpositis
obediatur: in denuntiando peccata
omnia saltē nō correcta, publica pu-
blice, & secreta secrete parū curādo
de admonitionibus, & de processu il-
lo Euangelico, qui (vt satis per totū
hunc tractatum ostendimus) longe
abest à proposito. Cum de propria
iniuria, & non de cæteris peccatis sit
intelligendus.

Nota.

¶ Ut ergo omnib⁹ detur modus, &
certa method⁹ præscribatur in hac
re sine periculo procedēdi: ponimus
duo

duo documēta. Primum est pro prælatis. Ut videlicet nouerint se nō tātum iudices ad puniēdum, sed pastores & patres cōstitutos esse super gregem domini; ad pascendum, curādū, confortandum, admonendū, & charitatue ac paternaliter corripiendum extra iudicium suos subditos. Vnde in ipsis præsertim visitationibus, se debent exhibere nō solum vt iudices, sed vt patres: idque subditis manifestare verbo & exemplo. Sic enim & non aliter fiet vt subditi instruātur, & ad veritatem dicendam fideliter & vt oportet, fortius animētur. Alterum documentū est pro subditis. Nempe, vt priusq; aliquid ad præpositos deferāt, caute disquirāt, an in sua visitatione procedere velint vt iudices, an vt patres, an vtroq; modo: ne temere accusent quæ lēcre creta sunt, aut reticeant quæ merito denuntianda sunt. Nam si vt iudices procedant ad puniendum, ea dunta-

xat reuelanda sunt eis quæ probari possunt, vel etiam illa quorum est fama aliqua in populo, aut alia inditia, & præsertim si vergere possunt in scandalum publicum, nec habetur spes correctionis aliter quam per denuntiationem iudici faciendam. Talia enim, ut sunt iudiciale seueritate corripienda, ita sunt necessario iudicibus manifestanda. Quod si (ut par est) procedere uelint etiam ut patres, non solum publica delicta, sed secreta quæ nondum correcta fuerint, immo & personas delinquentes reuelare oportebit, ut supra diximus, ad imperium superioris. Quin etiam si non præcipiant, & aliter corrigi non possunt nisi per secretam denuntiationem: & delicta & delinquentes reuelanda sunt. Prudenter tamen explorandum est: quis, qualis ve sit is qui præest, ut ei sine periculo debeat fieri denuntiatio. De quo nisi oppositum constiterit, semper id quod melius est

præ-

præsumere oportet. Ex prædictis ergo patet veritas propositionis.

¶ Hinc alia sequitur propositio. Seculares iudices, rectoresq; reip: qui in administrationibus suis , vtpote in puniendis criminibus , student à criminosis extorquere veritatem, etiam per torturam , nec tamen seruant secreta ab eis sibi reuelata: non idcirco sunt culpandi.

¶ Hæc propositio notat eos qui erga prædictos iudices & prætores populi , seueriores sunt , & nimis ícrupulosi, eo quod non videtur servare modum correctionis fraternæ, nec illam habere ratione famæ personarum. &c. Verum si æqua lance, velint perpendere bonum publicū & priuatū , à propositione nostra minime dissentient. Hoc enim notissimum est, quod bonum publicū semper est præferendum, priuato. Illud itē clarissimum , & experientia ipsa plus satis comprobatum, nihil pro-

DE FRATERNA

desse huiusmodi facinorofis homi-
nibus charitatiuam admonitionē.
Non sit ergo illis iniuria, dum (præ-
termissa fraterna quam vocant cor-
rectione) rigor iustitiæ in eos exerce-
tur. Prætermittendo videlicet secre-
tam monitionem, famā quoq; eorū
negligendo: ut bono publico rectius
consulatur. Nec ob id rectores reip.
& iudices sunt crudelitatis arguēdi,
modo cætera maneant integra. Ut
videlicet neminem nisi conuictum
aut confessum, temere condemnent.
In hoc enī non solum bonum pu-
blicum tuentur, sed damnatorū ipi-
rituali saluti prospiciunt: quia nō a-
liter à peccādo abstinerent, q̄ per di-
ligentiam prætorum, vltimo suppli-
cio de medio sublati. Stultorum e-
nī infinitus est numerus: & peruer-
si difficile corriguntur.

Eccles. I.

in 4.d.21.q. ~~buc~~ ¶ Prædictis concordat Petrus de
2. conclu. 2. Palude, cui⁹ hæc sunt verba. Secūda
conclusio est de confessione iudicia

li ex

li extorta à damnatis. Vbi videntur excusari illi laici, qui à suspendēdo requirunt socios criminum, & alios malefactores quos nouit. Et ille tene tur eos prodere, si credit eos incorrigibiles, cū illorū crimen sit nociuū cōmunicati: quia fures sunt & latrones. Si autē iam sciret correctos, vel speraret corrigendos, anteq̄ plus no ceant cōmunicati: tūc si est casus in quo pr̄positus de illis possit inq rere, vel quia sunt diffamati, vel sibi denuntiati: tenetur adhuc prodere; aliās non, licet leges prohibeant dānatos de aliis inquire. Hæc ille: in sq
¶ Et. d. 19. q. 4. dicit. Similiter d latrone qui torquetur. Si n. tale crīmē est in se, vel in alio, quod iuste potest su biici in quæstione: tenetur tam de se quam de alio. Aliās nec de se, nec de alio. Eo ipso autē quod hō vnicū cri men habet, propter quod iudex iuste procedit contra illum in illo cri mine: ex hoc ipso de aliis potest in-

DE FRATERNA

quirere. Quia non propter occultationem peccati, sed peccatoris: de occultis homo probabetur iudicare. Vbi ergo iam de vno criminе est diffamatus: etiam de aliis dicere debet veritatem. Et similiter si socii sunt in tali statu, quod iuste contra illos agi potest de vno criminе: etiam de omnibus potest, & debet eos prodere quando ipsorum correctionem non sperat. Maxime cum peccatum illorum sit in periculum communitatis, ut quia scit fures esse, & latrones, & impoenitentes. Nam illum qui iam pœnituit accusare non debet, nisi iuste nominatim de ipso interrogatur. Addit etiam. d. 21. q. 2. concl. 5. Si quis alios accusat fures & latrones, qui sunt incorrigibiles, & quotidie nouis furtis & latrociniis reimp. lœdūt, bene facit. Quia iste est casus in quo potest occultus peccator denūtiari. Quando scilicet correctio non speratur, & peccatum est reip. nociuū.

Hæc

Hæc Palude. Sed id quod dicit.d.19.

q. 4. Quòd si quis de vno crimine iuste quæritur à iudice, pót etiā de aliis iuste inqri:nec placet mihi, nec placet Adriano quoli.ii.difficul.i. Quia nō licet secreta delicta pàdere, iuxta illud. Qui ambulat fraudulenter re

Prouer.ii.

uelat archana, qui auté fidelis est, celat amici cōmissum. Alioqui liceret hominis publice blasphematis, omnia secreta criminata reuelare, quod nemo non videt q̄ sit absurdum. Sed limitare oportet illud dictum, ut intelligatur de criminibus tantū quæ sunt in damnum reipublice. Qui enim in vno deprehensus est inuasor reipublicæ: iuste præsumitur in aliis similiter esse hostis. Quare ex tali præsumptione, iuste proceditur ad inquisitionem aliorū criminum.

¶ Quòd si obiicias contra prædicta, capitulū illud Cum monasteriū de confessis. Quòd ei qui propriū cōfitetur crimen: non creditur contra

con-

DE FRATERNA

consocios criminis , nec cōtra alios.
Dicit enim textus. De se confessi, su
per aliorum conscientiis interroga
ri non debent(excepto crimine lāſæ
maiestatis) & de reatu proprio con
fidentis periculosa confessio non est
aduersus quemlibet admittenda. Itē
c.veniens de testibus. Socius crimi
nis non admittitur contra aliū. Et
15.q.3.c.nemini. Respondetur,quòd
textus illi non vetant posse interro
gari & inquire , quando crima es
fent in damnum reip. Per hoc enim
quod excipitur crimen lāſæ maiesta
tis : intelliguntur excepta omnia si
milia , quæ obesse possunt reipubli
cæ. Quia eadem in omnibus est ra
tio. Lāſio nempe boni communis.
Hinc ius decernit,hæreticum esse in
terrogandum de suis complicibus
ab inquisitoribus hæreticæ prauita
tis:vt habetur lib.6.de hæreticis.c.in
fidei fauorem.

¶ Ex p̄fata propositione non
obſcu

obscure infertur, eos qui iuridice interrogantur vel torquentur, circa cōfessionem criminis alicuius, debe re confiteri veritatē, tam de se quām de aliis: quia tenentur obedire potestatibus superioribus iure diuino, & mendacium in iudicio, non potest non esse peccatum mortale. Dixi iuridice, id est, in forma & in casu, quo de iure possunt interrogari, alias nō. Et ita intelligitur id quod Palude dicit, consequēter prædictis. Si autem est cert⁹, quod ipse iniuste inquirit, puta quia non præcessit accusatio, nec insinuatio clamorosa, nec infamia illius, nec factum est diuulgatū in speciali aut generaliter, tunc non tenetur nec de se, nec de alio dicere veritatē: quia in hoc ille nō est suus. Si autem sit dubium vel iuris vel facti, præsumendum est pro iusticia iudicis, & debet illi dicere veritatem: aut ponat in manu iudicis, dicens. Quod sciat secretū esse crimē, quod nemo

DE FRATERNA

nemo scit nisi forte vnuſ, quod ha-
beat consilium an debeat nomina-
re personam. Et tunc faciat quod il-
le dixerit, q[uo]d iudicis iussio excusabit
maxime si iudex præsumatur suæ cō-
sciētiæ non immemor. H[ec] Palude.

¶ Sequitur secundo, minus corda-
te sentire eos, qui tanti faciunt ho-
minū famam, vt velint eam præpo-
ni vtilitati publicæ in prædictis ca-
ſibus. Secreti quidem zelatores, sed
non secundum ſcientiam. Nam etſi
vtrūque fit de iure naturæ, ſcilicet
cuſtodiſe famam proximi illæſam,
& publicum tueri bonum: ſunt ta-
men ibi gradus, ſecundum quos non
eſt dubitandum: quod publica vtili-
tas præcedere debeat famam homi-
nis particularis. Quod & charitas
ipsa bene ordinata docet. Et ſic pa-
tet propositio cū ſuis appendicibus
corollariis, modum explicans in iu-
dicio procedendi, & respondendi ad
interrogata, pro veritate conſitēda.

HAbes ergo lector candide, planā lucidam (& quantum ego arbitror) verissimam de fraterna correctione doctrinam: non mediocri studio ac diligentia conquisitā, & quasi ē densissimis tenebris in lucem editam. Quam hoc nostro opusculo (si tamen attento & sincero animo legeris) collectam reperies. Vbi & veritas adstruitur correctionis huius exercendæ, testimonii omnium fere sanctorum doctorum, rationibusq; non vulgaribus: & opinio illa quam communem vocant scholasticorū, à recto tramite devians ostenditur. In quo oportuit nos aliquanto prolixius laborare, quām putabam⁹. Veritas enim, suo se fulgore demonstrat, viq; tuetur. Sed errorū tenebras pellere, importunisq; aduersariorū obiectionibus satisfacere: tcediosa, maiorisq; negotii, res est. Si igitur laborem nostrum probas, non deterreas à

DE FRATERNA

ris à veritate sectanda,tot scholasticorū numerosa caterua , qui de hac re minus diligenter scripsisse videntur. Non licuit fortasse eis (scholasticis magis quæstionibus & disputationibus implicatis) antiquorū patrū scripta præclara euoluere, & eorum sensum hac de re ad integrū ex plorare. Quare non mirū est,materiā hāc,obscurā sicut repererant,ita & reliquissē. Amplectamur itaq; sanctorum patrum de fraterna correctione doctrinam,iuxta germanum & verum scripturæ sacræ intellectū: quem illi multo studio & mente priore attigerūt. Ita fiet,vt ab illis perplexitatibus & contentiosis controversiis , quæ circa hanc materiā sese obtulerūt, liberati: possimus fratres delinquētes corrigere facillime, charitate duce & comite veritate: qui est Christus Iesus dominus noster. Cui est gloria & imperiū. &c. Amē.

L A V S D E O.

100

METHIMNAE CAMPI.
Excudebat Franciscus à Canto, Typographus. A N N O .
M. D. LVI.

~~Am Padiaco lo bazzando~~
~~di Cogatudo~~

23

1 Bara/

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28

28


28

28

28


28

10
45 min. 5 sec. min.



W. H. M. 1877

40-9-24



41
15

6.709

卷之三